Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus Numismatum Curiosorum In Musæo Mathematico Curioso Iohannis Theobaldi Reis ... - Cod. Rastatt 128

Reis, Franziskus Theobald

Argentinæ, [1716-1727]

urn:nbn:de:bsz:31-304208

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

~~Cd Dark 14.~~
Rastatt 128

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

THESAVRVS

NVMISMA

TYPIS SVPRAFORTVM

QVOD IN MVSEO ATHENAEICO A

BIBLIOTHECA PRINCIPIS
PRINCIPIS ARGENTINAE

THESAVRVS

NVMISMA


TVM CVRIOSORVM,

IN MVSÆO MATHEMATICO CV-

RIOSO IOHANNIS THEOBALDI REIS CONSVLIS
ARGENTINENSIS RESERVATORVM.

VBI

I. Effigies omnium Romanorum Pontificum à Diuo Petro
vsq ad Clementem XI. cum Vita, morte & actorum ce-
II. Effigies omnium Regum Galliæ cum descriptione vitæ.
III. Historia Vitæ, et Actionum Heroicarum Ludovici XIV.
Magni franciæ et Navarræ Regis Ab Exordio Regi-
IV. minis vsq ad Pacem Badensem Miré contemplatur.
Historia Numismatica Ludovici XV. Regis Galliæ.
V. Monetæ Moderna Pontificum, Imperatorum, Re
gum Totius mundi, plurimorumq Aliorum Prin-
cipum, Ducum et Civitatum conspiciuntur.
VI. Numismata Emblematica per Europam Divul
gata, Alijq curiosi nummi summo cum gaudio
visuntur.
VII. Monetæ Antiquæ, tam Consularium et familiarum
quam Imperatorum Romanorum Latinorum et
græcorum Ex Auro, Argento et Ære Selectæ et Se-
cundum Indicem Ordinatæ Exhibentur.





CONSCRIPTVM PER AVTHOREM PRÆDICTI
MVSÆI ARGENTINÆ. MDCCXVI.

THESAVRVS

NVMISMA

TVM CRISORVM

IN NVSSO MATHEMATICO C.

VEL

L S.

QVANTA SIT IN NV=

mismatibus Cognitio et Scientia, Quanta Pie=
tas et Religio, Quanta Denìq; Authoritas et Ma=
iestas hoc à plurimis Excellentibus Scriptoribus Oc
cone scilicet, Vaillant, Patino, de Choul et alijs Sa=
pienter demonstratum legimus et Invenimus, Innu
meriq; alij Attestantur libri. Vt plane invtiliter
et non necessario duxerim eadem hic repetere et de
illis verba facere; Solummodo Animus est declaran
di Numismata illa quæ in Musæo Mathematico
antedicto Reservata sunt, omittendo quæcunq; alia.
Faciunt itaq; principium Numismata Pontifi=
cia Romana deducta à Divo Petro Vsq; ad Cle
mentem Vndecimum hodiernum Pontificem, per
quæ distinguitur Electio, Regimen, Actiones præ
claræ et mors ipsa. Imò vera physiognomia et ge
nuina Effigies Cupro impressa, vt penicillo nobi=
lius et præstantius exprimi non potuerit.

Locum occupant secundum Numismata Ludovici
XIV, Cognomine Magni, Franciæ et Navarræ Regis
per quæ Insinuatur Natiuitas Regia, Exordium
Regiminis, Felices progressus, prælia obtenta victo=
riæ reportata, palatia et Templa exstructa, Paces
stabilitæ et Acta Heroica perpetrata octoquinta
annorum spatio, quæ nec ab Antecessoribus Vnquam
adæquata fuêre, nec à Successoribus suis ade

quanda erunt, nec à quocunq; Monarcha orbis unquam præstita fuêre.

Exhibentur Tertio Moneta Modernæ Pontificum, Imperatorum et Regum totius feré mundi, nec non plurimorum principum et Civitatum singulæ vel Electionem et coronationem vel Acquisitionem quandam et alia" repræsentantes, conflataq; omnes ex Auro vel Argento.

Prostant quarto Numismata Emblematica vel Ænigmatica, pluresq; alij nummi memorandarum præteritarum rerum Verissimi Interpretes et Judices.

Conspiciuntur Ultimò Moneta Antiquæ Romanorum Consulum et familiarum, Romanorum Imperatorum tum Latinorum tum Græcorum /: quæ tamen merito primum locum ob Antiquitatem et præcellentiam earum occupare debuissent, sed certis de causis hic posita sunt :/ non tantum Vitam sed etiam Acta Præclara Imo Æternisationem eorum in Auro, Argento et Ære exprimentes.

Quibus omnibus Lector Varijs Amiris modis recreabitur, Animiq; plenissimam Percipiet Satisfactionem, Rogando Benevolé ut favere velit.

INDEX

THESAVRI NVMISMA

tum Curiosorum in Musæo Mā=
thematico Joh: Theob: Reis Consul:
Argent: Reservatorum.

Numismata Pontificum Romanorum
A diuo Petro Vsq; ad Clementem
xi. cum Descriptione Vitæ, Actionum
Egregiarum, et Mortis ex Cupro.
pagina ..... 1.

Numismata omnium Regum Galliæ .... 102.

Numismata Historica Ludovici
XIV. cognomine Magni, Franciæ et
Navarræ Regis. Ab Exordio Regi=
minis Vsq; ad pacem Badensem
Ex cupro. pagina ..... 103.

Moneta Modernæ Pontificum Im=
peratorum et Regum Totius ferè
mundi nec non plurimorum prin
cipum et Civitatum. Ex auro,
Argento et Ære. pagina .... 253.

Numismata Emblematica vel Æniq
matica per Europam diuulga=
ta, aliq; præclari nummi ex auro,
Argento, Stanno et Ære. pagina 293.

INDEX

Moneta antiqua tam Romanorum Consularium et familiarum quam Imperatorum Romanorum Latinorum et Græcorum Ex auro, Argento et Ære.
pagina - - - - - - - - - - - - 383.

INTRODVCTIO
IN
SANCTÆ SEDIS ROMANÆ
Æternam Memoriam
QUÆ
In Numis Memorialibus A Diuo
PETRO
VSQ̃ Ad Clementem XI. sedentium
CCXLVII Pontificum exhibita.

Conatus ille apprimè industrius præclara cuiuslibet Sæculi gesta, ac facinora, editorum Numismatum beneficio transmittendi ad posteros, non adeò cum collabente veteri Romano, ac Græco Imperio, sub quibus late, Juxta ac latè effloruit, in desuetudinem venerat; vt non et nostris postremis temporibus Gentes aliquæ, haud vulgati scientiarum actæ siti, eum in lucem protrahere ac quasi è Sepulchro obliuionis refossum victæ postliminio reddere, quam strenuissimè collaborent. Regnantem Europam consule. Asserta veritatis testes, imò A Vades dabit Batauiam, ac Angliam, Galliam ac Hispaniam, A cum eruditissima Italia nostram Coronarum aquè ac Novarum Inventionum feracem Germaniam, quæ Numis suis Triumphalibus ad diuersorum notabiliorum Luentium seruandam memoriam procusis, orbis oculos, ac animos attraxêre. A Longa iam annorum Series vix recensione dignum quid vastissimis illis in regnis, provinciis, ac Rebus publicis, aut pace aut bello, terrâ marive gestum est; cui singulari de industria

non correspondisset illicò scitè et venustè elaboratum
numisma aliquod; ne acta illa æternitati consecran-
da cum labente tempore simul è memoria dilabantur
posterorum. Nostra certè ætate bene ordinatæ variorum
quorundam eventuum Series, et Coronatorum Capitum
Genealogiæ /: quæ etiam sæpè exactis pridem temporibus
suam debebant originem :/ in meros consimiles Numos
affabrè digestæ, historicorum librorum vices obibant —
adèo feliciter, vt animo gentium evolvendis annalibus
intento doctam suam abundè expleverint curiositatem.
Tam celebre, ac proficuum hoc inventum apud diversos
litterarum amatores, sacrâ æquè, ac profanâ dignitate
conspicuos, Ingens excivit desiderium, vt per septen-
decim jam sæcula sibi in Regimine succedentes Romani
Pontifices per Numos memoriales distributi, ac Inscripti-
one laconicâ, gestorum ab ijs Indice, ceu compendiosâ
sedis Romanæ Historia exornati fideli scalpro æri in-
cidantur. Tam justum multorum votum, ac virorum
etiam principum beneplacitum, vt primùm innotuit
rei monetariæ per Circulum franconicum Inspectori Ge-
nerali Domino Casparo Theophilo Lauffer, secum hic
reputans, quod aliunde jam in possessionem missus curio-
sissimarum quarumq; formarum Numariarum, quæ
à Neomagiensi Pace per triginta et amplius annos,
ad referendas memorabiliores Europæ actiones, quam
artificiosissimè exsculptæ sunt, animum adjecit et
huic apprimè quidem laborioso, caro, ac innumeris pro-
pè difficultatibus obnoxio operi, decrevitq; exactum pro-
lus syllabum omnium Romanorum pontificum A

Diuo Petro vsq ad hodiedum sedentem CLEMENTEM XI.
porrectum in Numis ex auro, argento, cupro, aut stanno
Anglico, ita erudito orbi proponere; vt ex vna parte, mini
me leuibus impensis, curâ ac industriâ, tum ab ipsa vrbe
Roma, tum Secretis quibusdam locis alijs procurata Ducento
rum quadraginta septem Christi Vicariorum Germana ef
figies, à præstantissimis per omnem germaniam artificibus
ad vnum elaborata incurrerent in oculos: ex altera ve
rò Numi parte succincta Inscriptio aliqua breuem Synop
sin Vitæ à quolibet Pontifice actæ, locum Natiuitatis, familiam,
Parentes, officia prius gesta, Annum, quo ad Pontificatum evectus
mensem etiam, et diem, quô eo Juxtà, ac vita defunctus, maxi=
mè præcipua vtroq; in Regimine molimina, merita, constitu
tiones, virtutes, ædificia, ac notabiliora quædam exhiberet.
Ad exactam recensitorum capitum, ac qualitatum necessari
arum collectionem, nec labori parcitum, nec impensis est; coq;
omni collimatum industriâ vt libri cum primis optimorum
quorumq; Historicorum, qui de Romanis Pontificibus vnquam
scripserunt ad manus forent. Fuerintq; ab assumpto ad opus
hoc conficiendum Amico plusquam sexaginta authores varijs
è Bibliothecis, ac doctis literatorum Serinijs collecti, qui lucu
brationes suas partim de omnibus Diui Petri Successoribus,
partim de Pontifice vno et altero in particulari, erudito præ=
lo subdidêre: partim verò iii Historijs suis vniversalibus,
aliisq; doctis monumentis accuratiorem quorundam mentio=
nem inseruerunt, suasq; bene perpensas nulli tamen vnquam
præjudicio futuras, doctas cogitationes æternum victuris
chartis concrediderunt. Authores certi hi: quorum exactus
hic adjungi potuisset Syllabus, nisi desiderata in introductio
ne hac breuitas interdixisset: non obiter tantum pervolu
ti sunt, sed attentò inprimis lecti, ac relecti oculo discordan
tes singulorum opiniones examinata, controversæ quæstio=

nes sibi invicem oppositæ, et quasi ad Bilancem expen-
sa, observata præcipuè alterutri Sententiæ conciliata Ro-
manæ Sedis approbatione auctoritas, et Vbi hæc neutri
adhuc accesserat; non tantùm major, sed sanior alterutri
faventium pars ducta in considerationem: actumq; profectò
hoc eò majori contentione est, quò sub ipsum planè conatus
huius initium animadversum clariùs est, etiam apud opti-
mos quosq; catholicos, probatosq; historicos non leuem sæpi-
ùs repertam discrepantiam tum in describenda sibi invicem
succedentium Pontificum serie, tum etiam in nominibus,
et assignando numero eorum. Illud in comperto est om-
nibus, quod Romanos Pontifices aliqui pauciores, alij plu-
res numerent: quidam non nisi Ducentos quadraginta
quinque recensent, alij cum Baronio ducentos quadragin-
ta Septem computant: imo nec desunt, qui Ducem Onu-
phrium Panvinium secuti Ducentos quinquaginta et
Vnum in Petri Cathedram reponant. Nec minor inter eos
controversia circa singulorum nomina dum Vnum eund̄e
que Pontificem, quem isti DONVM appellant; illi
nominant DOMNIONEM: dumq; aliqui Successorem
IOANNIS VIII. CONSTANTINVM fuisse conten-
dunt, alij illi substituunt MARTINVM. Multis
certè Magni SYLVESTRI antecessor audit MIL-
TIADES; Vbi plures tamen eum MELCHIADEM
compellatum affirmant. In ipsa certè Personarum
Distinctione, et servato Succedendi ordine perinmanè
disconveniunt. Aliqui ex CLETO, et ANACLETO
vnam eandemq; personam efficiunt; quos tamen di-
versos fuisse Pontifices evincunt alij. Quidam CLE-
MENTEM anteponunt LINO, licet communis propè

omnium consensus eundem tam post LINVM, quam post
CLETVM sedisse asseueret. Amica hæc Authorum Inter
furgia controuersiarum omnium facilè Princeps in eo ver=
satur, quod in tam diuersas abeant sententias circa adjcien"
dum numerum huit vel illi nomini, quo Pontifices plures
jam fuerant insigniti. Eundem certè Vniversalis Ecclesiæ
Pastorem quem Nominis hujus Vndecimum scribunt aliqui,
isti duodecimum nominant, alij decimum tertium, imo et De"
cimum quartum nominari debere contendunt. Vno IOAN"
NIS in nomine, quod reliquorum omnium creberrimè in"
Petri Cathedra enituit, exemplum se se offert luculentum.
Tot hinc exorta à vero aberrandi pericula, vt à præsenti
opere suo remoueat plenius de hoc adhuc in Tempore Com"
monefacta laudatissima præmemorati Domini Caspari Theo
phili lauffer industria, ac Conatus prorsus eximius erudito"
orbi omnibus numeris absolutum opus in memorialibus his
Numis suis exhibendi; nihil antiquius duxit, quam de Ami
co aliquo, coq studij Historici Zelote sibi etiam peregre pro"
spicere, ac post iam incisos formis complures Sanctos, ac pro"=
prio Sanguine purpuratos, at nondum ad dubios numeros
et Nomina pertingentes primorum Sæculorum Pontifices,
in Amici huius maturam Disquisitionem, Curam, ac indus=
triam reponere, reassumendum inprimis studium conficien
di exactioris alicuius Cathalogi Pontificiæ Successionis. Dein"
et laborem examinandi Singulorum Nomina, ac Numeros,
corrigendi deficientes à Veri norma Typos, singulisq in lucem
adhuc mittendis formis de Nova providendi Inscriptione.
Liberalissimè certè sumptus, cosq minimè exiles obtulit
prænominatus Dominus Inspector rei Monetariæ, etiam
ad erroris alicujus nudam Suspicionem tam ex Sculpendis,
quam sculptis jam formis aliquot penitus abolendam. ne
Jota aut apicem erroneum aliquem, etsi Vnius forte Inci=

soris incuriâ, sub Ingressum hoc præclaro adeò in molimine sustenturus.

Hoc rerum in statu adscitum operis huius executorem prima omnium detinebat cura, vt adminiculo supra memoratorum librorum ex diuersis Bibliothecis perquam liberaliter commodatorum (vbi specialiter dilaudandum venit promptum libris suis succurrendi studium Reuerendissimi ac perillustris D. Bernardini Gentilotti ab Engelspruna, Canonici Tridentini, ac Decani Lincensis) in originem ac causam principem inquirat solertiùs, à qua tot diuersæ circa Nomina, Numeros, ac successionem Sententiæ primitus promanârunt. Post bene perpensa occurrentium causarum complurium momenta detectum facili negotio est, fontem mali huius literarij à malo fluxisse phijsico, ab aliquot nempe in Sedem Romanam violentè intrusis, ac ab Ecclesia nunquam acceptatis Antipapis, quos authores aliqui in Catalogum Romanorum Pontificum inseruêre licentiùs, alij cautiùs omisêre. Et aliqui quidem ex istis Pseudo-Vicarijs selegerunt pauculos, alij indiscriminatim posuêre omnes: alij rursus, atque hi omnium optimè manifestos atque Pseudo-Pontifices, ac quibusdam dubios excluserunt, seriemq; successionis, Numerorum, ac Nominum per solos legitimos Petri successores deduxerunt; non sine magno à prioribus discrimine; sed simul non sine graui hinc exortâ confusione apud Lectorem veritatis studiosum, qui singulis Pontificibus adscriptum sedis atque, ac gesti nominis numerum, virtutes ac præclara gesta non poterat sufficienter distinguere, dum de vna, eademq; sæpè persona tam contraria ex

libris elici ebantur relationes, Vt, Vbi apud eos, qui veros Pontifices commiscebant falsis, sub certi nominis numero minus laudabilem illius Pontificis invenit memoriam; sub eodem et numero, et nomine apud eos scriptores, qui solos indubitatos suo inseriçêre catalogo, ac eorum in recensione longè diuersam tenuêre seriem tam præclara, insignia, ac ipsa æternitate digna opera, et virtutum concatenatarum syllabum invenerit. Vno, eodemq; tri Pontifice legitimi æque, ac intrusi occurrebat compellatio: dumq; de illo afferebantur dotes tabulis etiam gemmeis consignandæ; de isto, eodem prorsus sub numero, non nisi indecora quælibet, ac æterno silentio obliteranda invitis prope oculis legebantur. Exemplo deseruiat Nomen BENEDICTI X. Istud in Catalogo primorum illorum Veros à falsis non satis feliciter discriminantium appropriatur Violenté intruso alicui, ab Ecclesia repudiato, ambitioso, ac indocto homini; dum tamen in posteriorum, eorumq; accuratiorum Authorum ordine, eiusdem BENEDICTI X. nomine insignitur ille, ab omnibus ingenti cum Jubilo exceptus eximius Pontifex, et Pastor apprimè bonus, ex Religione S. Dominici quam auspicatissimè assumptus. Hoc vno certe ex capite, complures Historiarum amatores tam lubrica numeri, et Nominis Identitate seducti, post exactos etiam in Historico studio annos, in deuijs meris, et perpetuâ caligine se semambulâsse recognoscunt.

Huic tam certo aberrandi periculo, vt quidam se subducerēt certius; mediam viam aliquam, eamq; suâ quidem opinione Regiam elegerunt. Isti laborem suum ibi incipientes, vbi primitus Nomen occurrit cuiusdam dubij, aut certe ab omnibus rejecti Antipapæ, quod tamen etiam postea aliquis, ex legitimis Pontificibus sibi elegit, huius posterioris nomen duplici addito numero efferebant: ita quidem, vt horum prior—

edoceret nos, quotus huius nominis Pontifex sit Vocandus aliquis respiciendo solos Pontifices legitimos, qui hoc nomen gesserunt: Alter verò numerus indicabat, quotus dicendus foret, si computus ineatur Pontificum aquè agnitorum ab Ecclesia, ac ab ea rejectorum, qui nomen hoc seu in Baptismo, seu impositione propriâ retulerunt. Horum in sententia, dum Numo BONIFACII VIII. addita hac subscriptio: BONIFACIVS VII. alias BONIFACIVS. VIII. sic legendum, et intelligendum Historico. BONIFACIVS, qui quidem tantùm septimus est ex Pontificibus legitimis, qui BONIFACII fuerunt compellati; quia tamen post BENEDICTVM. VI. intrusus aliquis, ac verè detestabilis Antipapa se Jam ante hac BONIFACIVM VII. scribi, ac nominari voluit; ad Euitandam futuram ex Septimo hoc numero confusionem, iste verus Papa in suis subscriptionibus BONIFACII. VIII. nomen sibi adjecit.

Talem Duplicatum numerum apud Nomina Variorum Pontificum, BENEDICTI, STEPHANI, MARTINI, FELICIS, BONIFACII, IOANNIS, et aliorum aliquot ipse adèo Eminentissimus Baronius, Ciaconius, Cherubinus, Ott, et postremis his temporibus Balthasar Francolinus cum pluribus alijs adhibuerunt. Quia tamen compertum, quod etiam hac scribendi methodo non quilibet lector extra omne dubitandi, aut aberrandi periculum ponatur; nec etiam adscitia hac numeri conduplicatio fili Ariadnei Vices subibat, quod ex labyrintho hoc expediret quemlibet; Insuper et animadversum quod his non obstantibus apud eruditiores nova rursus exorta controversia, ac Vnii eidemq; Pontifici non Jam duplex sui nominis numerus adjectus sit; sed eum et Tripli-

care necessum fuerit; ut patet in IOANNE huius nomi=
nis penultimo, cui aliqui ijdg nota non vltima Historici
apposuêre sequentia: IOANNES XIX. aliàs XX. dic"
tus XXII. Eundem triplicis numeri tenorem, etiam
apud IOANNEM huius nominis Vltimum observarunt.
Sed cum et hoc etiam ad declinandam omnimodam incertitu"
dinem, et confusionem, aut parum, aut nihil conducere vide"
batur, accessissetq; simul et illud, quod hi duplices, ac sæpe"
triplices numeri in præsentibus Numis Pontificijs adhibe
ri non potuissent sine graui characterum aliàs hic Vsurpa"
torum inæqualitate; sui muneris esse credidit Supranemo="
ratus Numorum horum Pontificiorum, ac tam insignis ope
ris monetarij Director prospicere de medio aliquo, ac metho"
do vt cuius omissis Duplicatis istis numeris, Iuxta ac Anti="
papis, Sincera, ac indubitata quædam legitimorum Roma=
norum Pontificum enumeratio iuxta Receptum probatiss"
morum Authorum ordinem, ac Calculum posset exhiberi,
et simul annotari in hoc sine vllo incurrendi erroris me"
tu, quotus quisq; huius vel illius Nominis Pontifex Vno"
dumtaxat certo sub Numero veniat compellandus. Et hâc
quidem ex ratione, non sine labore, ac disquisitione accu"
ratiori multiplici ab eo confecta est, in appressa sub finem
Tabella reperibilis N. 47. Pontificum Romanorum Series
quæ cum editis totidem Numis Pontificijs quam accuratiss"
mè concordat.
Ad meliorem autem Successionis huius Pontificiæ, et Inscrip"
tionum ex altera numi parte appositarum captum, ac per=
fectionem, placuit in præsenti Introductione aliquas ne=
cessarias prope animaduersiones attexere, et eo quidem dun"
taxat ordine, quo ex calamo profluxêre.
Inter Nomina Pontificum tam variè ab Historicis citari
solita non postremum certè Nomen BENEDICTI est.

circa hoc præsenti in opere observandum venit, quod post novem jam arti incisos hujus nominis Pontifices, nos neutiquam post STEPHANVM. X. cum quibus" damnatis posuerimus BENEDICTVM. X. qui duntaxat Antipapa fuit: hoc tamen non obstante Pontificem Centesimum nonagesimum sextum Nominavimus BENEDICTVM XI. et non Decimum, Vt quidam alij: cum pius hic Pontifex optime gnarus, quod ille post STEPHANVM X. violentè intrusus BENEDICTVS se decimum huius nominis Pontificem jactaverit; ad præcavendam hinc facile enascituram confusionem in editis à se Bullis, ac Instrumentis publicis se BENEDICTVM. XI. compellârit. Idem prorsus contigit apud eos Pontifices, quibus nomen BONIFACII inditum. Omissus ideo Pontificijs his in Numis BONIFACIVS. VII. quia hoc" monstrum hominis contra Jus fasq; omne Petri Cathedram impiè quidem involavit, nunquam tamen ab Ecclesia Romanus Pontifex agnitus, aut" acceptatus fuit. Cum tamen sub ejus Tyrannide potiùs, quam Regimine decreta aliquot, etsi Invalida, et jure abolita emanârint in publicum, in" quibus ille se BONIFACIVM. VII. nominaverat: memor huius Pontifex Centesimus nonagesimus quintus ex illustrissima Caetanorum prosapia oriundus. Postquam sub initium Regiminis BONIFACII nomen assumpsit, licet juxta seriem legitimorum Pontificum huius nominis Septimus tantùm dici debuisset: Vnius declinandæ confusionis causâ, quæ ei communis sibi cum supranominato infami Pseudo-Pontifice, aliàs Francone dicto, et nomen simul, et nominis numerum

oriri potuisset apud posteros, BONIFACIVM. VIII. scribere maluit, sicut et Vno ab inde evoluto saeculo Cardinalis Petrinus Thomacellus, Vbi ad Pontificatum evectus est, BONIFACIVS. IX. dici Voluit, et neutiquam BONIFACIVS. VIII. licet neuter eorum detestando illi BONIFACIO. VII. locum in Catalogo Pontificum exhibuerint, sed tam ipsum, quam nefaria eius acta publicè condemnarint. In Numis his itaq; nullus BENEDICTVS X. nullus BONIFACIVS VII. benevoli lectoris oculos incurret, et tamen hoc non impediente, post BENEDICTVM IX. statim BENEDICTVS XI. Post BONIFACIVM. VI. Immediatè BONIFACIVS. VIII. Sin vlla etiam addita numeri duplicatione reperietur. Plurimum difficultatis, incertitudinis, ac perturbationis propè innumeræ attulit nomen IOANNES, quod Vnum ex omnibus hactenus Pontificibus plurimis fuit commune; dum aquè res ab eo gestæ, ac ipsa Series numeri, et Effigies apud potissimos Historiæ Pontificia Scriptores diuersum adeò tenuêre Ordinem, Vt nihil prope communius, quam vt inter IOANNES hos Vnus alterius loco veniat tam in partem Vituperij, quam etiam Laudis. Aliqui certè tantum Viginti et Vnum IOANNEM enumerant, dum tamen alij Viginti duos, alij rursus Viginti tres adferunt; nec etiam desunt historici, qui Viginti quatuor huius nominis Pontifices extitisse asserant; dum apud hoc præcipuè nomen, tam error, et negligentia aliqua Authorum gesta ac Nomina à se invicem non bene discriminantium quam audaciora, ac pœnè iure obnoxia figmenta aliqua et clariùs iuxta ac Verius loquendo de Colore, fundamento suo destituta, et apud ipsos etiam aliàs minùs

aque Romanæ sedi addictos Historicos pridem
fam de falsitate convicta putida mendacia ali"
quot se se licentius immiscuêre.
Verùm, vt postremorum horum qui omisso etiam
aliquo legitimo huius nominis Pontifice compu"
tum suum ad Vigesimum quartum numerum ex"
tenderunt incautiùs, nulla habenda ratio, vt=
pote qui eidem omnino plaustro ligna curua,
et recta indiscriminatim imposuêre, id est, le
gitimos Christi Vicarios commiscuêre illegiti="
mis: illi autem, qui in sua aliàs satis accura"
ta serie IOANNEM tantùm vnum supra Vi
ginti sedisse asserunt, non leuiusculè aberrant"
in hoc, quod Post BENEDICTVM. VII. cuius Re
gimen incidit in annum Christi 975. tantùm"
duos IOANNES. sibi invicem successisse referant
decimum quartum videlicet, et decimum quin'
tum; cui immediate subjunxerunt GREGO="
RIVM. V. germanum, eumq; natum Ducem Sa=
xoniæ: cum tamen, vt clarè videre licet apud
Ciaconium, et quosdam alios, adhuc ante istum
GREGORIVM tertius aliquis IOANNES im
mediate duobus prioribus sibi agnominibus Suc"
cedens, videlicet IOANNES XVI. fuisset collo="
candus. Hic porro error inde promanasse credi=
tur, quod authores illi annos Regiminis IOAN
NIS. XV. et huius posterioris IOANNIS. XVI."
propter prioris breuem valde Pontificatum

distinguere ignorarint, et ita duos eiusdem nominis
Pontifices in vnum conflârint. Ob hanc incuriam
necessitate adducti sunt, vt IOANNES. XVI. No=
men primò in Pontificem Centesimum quadrage"
simum quintum rejecerint, dum tamen iste, Cogno"
mento Siccus dictus, in omni veritate IOANNES"
XVII. fuisset compellandus.

Scopum omnium Optimè attigêre illi, qui etiam
adiecto hoc, ab alijs malè pretermisso IOANNE. XVI.
tantum viginti duos huius nominis legitimos extitisse
Pontifices pluribus argumentis manifestè evincunt. Et
istos nos quoq; in presentibus Numis memorialibus se=
qui decreuimus. Quocirca, etsi post novemdecim iam à no
bis adductos IOANNES, sub initium Pontificatus Sui"
idem nomen assumens PETRVS HISPANVS, vitandæ con
fusionis causâ, nullatenus IOANNES. XX. sed XXI. di"
ci sustinuerit, non alio inductus motiuo, quam quod"
Pseudo-Pontifex ille, IOANNES ARCHIDIACONVS
in quibusdam invalidis, et pridem repudiatis Bullis
ac rescriptis se IOANNEM. XX. nominare atten"
târit. Rite itaq; in opere hoc numario prædictus"
PETRVS HISPANVS, qui fuit Successor HADRIA=
NI. V. compellatur IOANNES. XXI. ille Vero,
qui post CLEMENTEM. V. sedit, IOANNES. XXII.
et postremus tandem huius nominis, qui prius BALTHA
SAREM COSAM se scribebat, à nobis IOANNES XXIII.
nominatur. Omnes tamen IOANNES hi propter fus
tissimam omissionem Antipapæ illius IOANNIS. XX".
in præsenti opere tantum Viginti duos hoc nomine in"
signitos conficere videbis.

Avocant hîc et LEONES calamum. Monendus et circa hos benignus lector est, quod magnorum Virorum quorundam in Historico studio apprimè eruditorum insisten-
do vestigijs, datâ operâ in his Numis omissus sit LEO VIII. qui ad placitum Imperatoris Ottonis ab adhaerentibus ei cardinalibus, deponendo Pontificis à se Prius adorati incapacibus, contra IOANNEM. XII. et Successorem eius BENEDICTVM. V. per violentiam Intrusus est, et indubitatus Antipapa per omnes annos Regiminis horum duorum legitimorum Pontificum permansit. Non quidem hic silentio praetervire cupimus, quod Vnus et alter alias non contemnendus historicus hunc LEONEM. VIII. non obstante eius in Schismate hoc exitiabili retento Pseudo-Pontificatu in iustam seriem Romanorum Pontifi-
cum reponere non dubitârit: idq; eo sensisse videtur ex capite, quod post defunctum Hamburgi in germania BENEDICTVM. V. permenses aliquot hic LEO. VIII. tanquam legitimus Pontifex in Petri Cathedra consedisse feratur.

Quia tamen hoc ipsum plurimi inficiantur, et praenominatus LEO non tantùm Viventibus illis ab Ecclesia acceptatis Pontificibus absolutè nullus, sed etiam posteriore è Vitis Sublato, non nisi Val de dubius pastor extitisse convincitur; minimè consultum fore duximus cum caeteris à nobis allatis vel propter ipsam legitimam electionem, vel saltem Ecclesiae acceptationem indubitatis Petri Successoribus improuidè inserere; sed potius visum est eum altò silentio praeterire. Non tamen obstitit hoc, quin

post septem iam adductos huius nominis legitimos Pontifices, iusto catalogo sedi Romanæ insertus sanctus ille Alsatiæ Comes BRVNO DE DACHSPERG. cum in D. Petri cathedram omnium cum plausu subvectus LEONIS nomen sibi adscivisset, ex omnimoda paritate adductarum rationum, nullatenus LEO. VIII. sed LEO. IX. voluerit compellari.

Non absimili controversiæ locus inventus in Nomine STEPHANI; in quo antiqui juxtà ac recentiores historiographi minime inter se conveniunt. Aliqui Novem huius nominis Pontifices, alij decem extitisse contendunt. Nec eruditæ disceptationi huic occasionem præbuit Antipapa aliquis, sed legitime electus, ac à tota Ecclesia acceptatus, isq; in serie Pontificum nonagesimus quartus Christi Vicarius STEPHANVS. II. quem aliqui cum immediato suo, atq; eiusdem etiam nominis Successore STEPHANO. III. confundere solent, sicq; ex duobus vnum facere: alij verò apprimè gnari, quod posterior iste STEPHANVS. III. totis quinq; annis Ecclesiam rexerit, atq; adeò à priori illo STEPHANO, qui Vnicum tantùm triduum ab electione vixit, omnino distinguendus veniat; adhuc tamen triduanum hunc à Reliquorum Romanorum Antistitum serie excludendum judicant, quia ante constitutum Coronationis diem vivere desijt; atq; ideò primo Successorem eius, STEPHANVM. II. nominant, et non. III. prout alij consuevernnt. Atq; hunc semel à se determinatum, in re quidem verè erroneum numerum etiam in alijs STEPHANIS sibi duxerunt observandum; etsi non desint qui beneficio adducti duplicati numeri, vel additione consueti sibi termini, DICTVS, aut, ALIAS, emendare conentur. Nos hic potiorem partem sequimur, ac vtrumq; STEPHANVM suo quemlibet Numo expressum, in debita nominis

et Successionis serie collocamus. Neq; enim ille, Tri-
duanus etsi Pontifex, ac ante coronationem defunctus
excludendus videtur è Catalogo Pontificio; cum quilibet
enim præcedentium ac subsequentium Summorum Rom.
Antistitum illicò à valida declarata, et acceptata sui
electione, Dignitatem aquè, ac nomen Pontificis, Eti-
am ante Coronationis Solemnia sibi adiecerit.

Quod Nomen MARTINI concernit pluribus Christi
Vicarijs commune: dignum animaduersione est, quod
inter puncta Historicis etiamnum hodie controuersa
istud recenseatur. Multi enim in eo desudant im-
pigrè, vt qua ratione, quà authoritatibus persuade-
ant, quod Centesimus Vndecimus Pontifex CONSTAN-
TINVS MARINVS. I. et centesimus trigesimus
Secundus MARINVS. II. sit nominatus: dum è con-
tra evincere conantur alij, quod hic duntaxat aliquis
casu irrepens error Typi, intervenerit, quem in Anti-
quis manuscriptis aliquot, fortuitò omissa litera T.
causasse videtur. Firmi enim persistunt illi hac
in sententia, quod prior ille MARINVS. I. sed MAR-
TINVS. II. posterior verò non MARI NVS. II. sed
MARTINVS. III. scribi debuisset. Quod ipsum mul-
tis tantò credibilius videtur, quò clariùs est, quod
sine vllo apud ipsos etiam aduersarios adducto MAR
TINO. II. et. III. vno tantum præcedente MARTI-
NO. I. nihilominus dein centesimus nonagesimus
primus Pontifex, illicò MARTINVS. IV. et non. II.
postremus verò, isq; ducentesimus decimus in omni-
bus suis decretis bullis, ac Brevibus se MARTINVM.
V. et non. III. subscripserit. Quia tamen ante plenè

perfectas animaduersiones has, et accurata singulorum
nominum, ac numerorum in his Numis occurrentium exa
mina in aliquibus exemplaribus Nomen MARINI, Iam
Vtriusq; Pontificis propria forma casu incisum fuit, et po
tior numerò, etsi non simul et tutior pars MARINOS
illos nominat, in re tam controuersa nihil necessariò
innouandum duximus, credentes sufficiens adhuc remedi
um futurum; si simul etiam appropriati ab alijs Vtriquè
huic pontifici Nominis MARTINI. II. et MARTINI. III.
in præsenti inductione mentionem injeciemus.

Non multum à Docta hac controuersia abludit et altera,
qua acies calamorum Historicorum collidit inter se, propter
numerum eorum Pontificum, quibus Nomen FELICIS
obtigerat. Præscindendo etiam à postremo illo FELICE
V. antea AMADÆO SABAVDO dicto, vt indubitatô
prorsus Antipapa, aliqui tres, aliqui quatuor eorum
adducunt. Alij, qui et hîc Viam mediam invenire Sata=
gunt; post omissionem trigesimi octaui Pontificis FELI
CIS. II. qui prædecessor DAMASI fuit; apicem illum FE
LICEM, qui post SIMPLICIVM electus, rursus ad suam
conduplicationem Numericam confugiunt, tanquam
ad Sacram anchoram aliquam, periclitanti Veritati Sæ=
pius: vt illi quidem asserunt: non inutiliter adhibitam
et sic ponunt: FELIX II. dictus. III. id est: FELIX, qui
in re secundus tantùm huius nominis Legitimus Ponti=
fex fuit, ab aliquibus tamen tertius numeratur.

Causa huius apud nonnullos controuersæ successionis ipsissi
mus ille supra memoratus antecessor DAMASI erat.
FELIX iste ab aliquibus Arianis, tunc Romæ rerum po
titis, adhuc viuente LIBERIO contra datam fidem im
piè intrusus, Pseudo-Papa ab Orthodoxis habitus, ac ita
ab antiquis Scriptoribus in tenenda Successione Ponti=

ficiâ communiter omissus est: dum econtra alij primum illius ingressum libere quidem damnant, nec tantùm illicitum, sed etiam invalidum pronuntiant; simul tamen adiciunt, quod ipse FELIX hanc præmaturam substitutionem, vero Pontifice tantum in exilio constituto, non probauerit, et sponte sua se ab omni Arianorum communione plenè separauerit: Deinde vero post inauditum Romæ, et passim creditum Lapsum LIBERII, ab Ecclesiæ capitis sui putatitiam defectionem ingemiscente vltronèe acceptus fuerit. Quapropter etiam Viri quique clarissimi, et accuratissimi verum Pontificiatum scriptores illum ceu legitimum Successorem Petri, et ob defensionem fidei Martyrij laureolâ donatum christi Athletam propalàm venerantur. Ipse vero longe eruditissimus Cardinalis Robertus Bellarminus, Anastasius, Ado, Beda, Notkerus, Vsuardus, Theodoretus, Platina, Binius, Victorellus, Ott, imò et S. Gregorius, ac correctum Romanum Martyrologium expressè illum nominat Sanctum Pontificem, ac Martyrem, qui propter strenuè defensam vnicè saluificam Catholicam fidem ab Ariano Imperatore Constantio suâ è Sede deturbatus clàm in vrbe cerâ decollatus est.

Non quidem ignoratur quod de Ecclesiastica Historia optimè meritus Cardinalis Cæsar Baronius aliquamdiu alienus fuerit ab opinione hac; imò, dum propter adductas rationes, ac motiua partis contrariæ agebatur sub Gregorio XIII. de nomine hoc delendo; Eminentissimus Baronius Scriptum bene Copiosum et Herculeum in parato habuit, aduersæ parti pro Achille deseruiturum; at quoniam in ipso per Vigilio huic SANCTO FELICI aliàs dicatæ Lucis Nomen Pontificis

jam jam illi derogandum foret; mirabiliter adeò ordi=
nante diuinâ providentiâ in ipsa Romana Basilica refos=
sus fuit Sarcophagus aliquis, in quo expressis verbis legeba"
tur, quod in eo requiesceat CORPVS FELICIS .II. PAPÆ ET
MARTYRIS: quo viso supra memoratus Cardinalis Baronius
suâ recessit à Sententia, et impugnatæ à se hactenus Vctro"
néc adstipulatus est, ac postmodum in Martijrologij Notis
veré sanctum FELICEM hunc legitimis Pontificibus libe
ré accensuit: quod et nos in Numis his egimus, et non"
tres, sed quatuor FELICES absq; omni duplicatione nume
ri spectandos exhibuimus. "
Atq; hoc omne id, quod tam ipsum legitimorum Pontificum
computum, quam recte ordinatam eorum Successionem, no"
mina et accrescentem horum numerum videtur concernere,
ad declinandos errores, et præcludendam facile subortie"
ris dubijs viam in præsenti inductione suis fundamen"
talibus rationibus exacté stabilitum est, simul et motiua"
adiecta, cur in controuersijs etiam opinionibus una alteri à
nobis præposita fuerit. Ex quibus omnibus prudens lector
facile conijciet quod præsens Numorum memorialium com"
binatio, ac ad Historicum filum ducta seriei accurata con"
structio, non simpliciter ab obvijs tabellis, aut alijs libris"
mutuatus, et facili impendio de Typo in Typum translatus
conatus, ac temporis distractio sit; sed quod Ingens labor
et post magnam ac multiplicem tot authorum lectionem, ac
relectionem, disquisitiones, Speculationes, et examina mul"
tum sane temporis, ac sudoris sibi exposcens molimen fuerit
Vt in tot tantisq; controuersis quæstionibus ac oppositis
Authorum in Ecclesiastica Historia facile principum Sen
tentijs maturum, ac sinpartiale iudicium feratur, vnumq;"
disquiratur ab altero, quò inviolatæ Veritati pró exigentia
simul, ac viribus satisfiat.
Sed vix laboriosus adeò conatus ad finem suum deductus

est, dum post confectam, ac bene examinatam seriem Successionis Pontificiæ eam respiciens computus temporis, et Ecclesiastica Chronologia nouum iterum faciebat negotium, ac nouis identidem curis, ac laboribus vsq; ad aures vt dici amat, tenuit occupatum. Profecto penes plurimos alios etiam ipsissimi illi authores aliqui, quorum Chronologicam partitionem à principio inceptæ molimiinis huius Pontificij, ceu normam quandam infallibilem tute retineri posse aliquibus Visum est, tam in tempore electionis pontificiæ, quam in annotatione diei, mensis, et anni, quo Pontifices singuli è Viuis exempti sunt, incidêre in errores quosdam palpabiles, dum è Tenore ducti ab ijs computi refertur sæpe tempus obitûs eum in annum, quo nondum ad Pontificiam dignitatem euecti fuerant, et sic sæpe citius aliquis Successorem suum nanciscì debuisset, quam ipse alteri datus sit Successor. Gallicus Scriptor Du Molinet, qui à MARTINO. V. vsq; ad INNOCENTIVM. XI. elegans suum opus perduxit, ac sub cuiuslibet Pontificis Regimine editos Numos memoriales sollicitè conquisiuit longe maiorem diligentiam in numerandis, et accuratè delineandis his numismatibus Pontificum, quam in computo gesti ab ijs Regiminis adhibuisse notatur.

Hæc minùs in illo, etiam aliàs intuto, et meritò Romæ librorum prohibitorum catalogo nunc inserto Joanne Palatio, tam inæqualiter combinati dies, menses, et anni recensentur, vt graues isti et sæpius repetiti errores non possint profectò in meros errores Typi refundi.

Nunquam quidem eorum partes amplecti lubuit, qui chronologiam Eminentissimi Cæsaris Baronij, quibus nescio è motiuis, penitus velle euertere videbantur.

Quo maiori tamen contentione laboratum est, Vt tanti
authoris non recedatur à Computo, eo sæpius animad=
uersum, quod ab Authore hoc præstantissimo, tam in electi
one, quam designando obitûs tempore, si non ipsi anni, sal=
tem menses, et dies determinati intacti permanserint.
Quare, dum ex puro hoc fonte Historico plenam horum noti
tiam haurire non licuit, illi non vulgari labore, et curâ ex
diuersis alijs [: quamvis nec vel sic omnes plane haberi po
terant :] colligendi fuerunt, et propter commune Autho=
ribus pluribus contradicendi studium, et raro admodùm nota
tam conuenientiam, diuersa erigenda fuerunt Systemata, ac com
puti temporum, opponendi sibi invicem Profani, et Ecclesias
tici fasti, ac Historiæ, maturo judicio id eligendum, quod è con
trarijs adeo opinionibus et sententijs majori fultum Authori=
tate, ratione et congruentia, atq; hinc omnium maximè cre
dibile videbatur. Atq; hoc quidem in puncto, nec labori nec
industriæ vlli parcitum, vt pretiosum hoc opus etiam in
hac parte ad omnimodam pertingat perfectionem.
Et ut tandem aliquando digrediamur ad propositas ex
altera numismatum parte succinctas Inscriptiones; quæ
in hoc tam pulchro Numario Corpore immortalis animæ
vices subire videntur: optandum foret quam maxime, ut ad
bene dignoscendam naturam, ac egregias qualitates earum,
tam apud plenam Numorum horum collectionem, quam
eorum etiam singulos fugiter ante oculos habeatur breuis=
sima illa Subscriptio, quæ in primo, eoq; principali Numo
se se spectandum indulget. In hoc post effigiatâ altera
ex parte Pontificiæ dignitatis insignia, in Tiara Triplici
et decussatim sibi impositis geminis Clauibus exhibita,
ex parte aduersâ quasi in scuto magnifice exornati pro=
pylæi huic pulchro, et pretioso operi destinati, proponitur
compendiosa omnium spectandorum notitia, edoctusq;
lector Benevolus, quod nihil aliud hic inveniendum

quam Sanctæ Sedis Romanæ Æterna memoria: accurata videlicet Pontificum Historia, in Numis memorialibus ex Auro, Argento, cupro, aut etiam Stanno Anglico facile comparanda. Historia inquam, et non inane quoddam somnium, aut figmentum otiosum aliquod. Et Historia quidem accurata, quæ ex tam multis, ijsq; industriè examinatis relationibus conquisita atq; ad exactam germanæ veritatis normam constructa, sine additamento ullius incertitudinis animum et oculos possit recreare.
Non leuis quidem erat impendij sine graviori aberrandi periculo tam intricatam ac lubricam omninò semitam audere percurrere, tot inter ambiguos fluxus pervenire velle ad veram scaturiginem, aurum à scoria, Verum à falso discriminare. Non cuilibet Historico calamo hic tutò fidi poterat: cum non tantum illi, qui ab orthodoxa Romana fide alieni sunt, inter suas de rebus profanis Historias inconvenientias, et falsitates aliquas de rebus attexunt Ecclesiasticis; sed ipsi etiam Catholici scriptores rem non satis examinantes in materia de Romanis Pontificibus non raro nimis credulos exhibuerunt, ac non leuiter sunt hallucinati. Notus ille Platina, qui tamen integrum librum de Vitis Pontificum conscripserat, sæpius lapidem offensionis in antiquo Vaticano invenit, in quod periculosius toto capite allidebatur. Martinus Polonus, etsi membrum Sancti ac Insignis Ordinis, quandoq; in scriptis suis falsum pro vero venditabat. Sigbertus Gemblacensis, et Marianus Scotus /: si non vt magni Bellarmini fert sententia, ab infidâ manu falsificati sunt :/ cum Flauio Blondo, Naucleró, et quibusdam alijs, inanes captando rumusculos-

sæpius à vero abevrauerunt. Vt alios tam recentiores quam antiquiores silentio prætream, Ipsissimus ille Jo=
annes Palatius, qui tamen quatuor Tomos integros de Vi"
tis Pontificum Innocentio XI. quintum verò Alexandro.
VIII. inscribere attentauit, et in illis, saltem iuxta Tenorē
dedicationis suæ satis accuratè et fideliter egisse videri
vult, pluries calamum suum amarâ bili inbuit, et tam
distortas, ac non satis disquisitas res in chartam conjecit
vt inventarium in his contradictionum quemlibet Veritá
tis amatorem iustè puderet. Ex quibus omnibus abundè"
colligere licet, quam cumprimis arduum ac difficile sit, tot
inter sibi contrariantes opiniones, ceu deuia inter et Auia
ad veritatis incorruptæ viam Regiam eluctari, aurumq;
huius diuæ purissimum à scorijs tot, quibus vndiq; obsi"
tum, industriè expurgare. Hoc omne tamen Author hujus"
pretiosi, ac laboriosi operis adeò sibi cordi sumpsit, vt eti=
am post iam æri incisas formas aliquot dum primis in
exemplaribus aliquid à Veritate, vel modicè abludens
/: etsi numerus sæpè, aut litera esset vnica :/ detectum fue"
rat, cui tamen sine incisione nova formæ remedium ferri
non poterat; non curatis etiam sumptibus minimè exiguis
denova perficienda forma summè sollicitum se exhibue"
rit.

Nec istud premendum silentio: quod hæc Sanctæ Sedis
Romanæ Æterna memoria, et vera, ac succincta Ponti=
ficum Historia exhibeatur in Numis Memorialibus, ac, vt
vocari assolent, Honorarijs, ex auro, argento, cupro, aut
stanno Anglico, quæ apud supra memoratum dominum
Casparum Theophilum lauffer æquo pretio comparari
possunt. Sed vel ipsissima hæc Historica exhibitio in me"
ris numismatibus ex tam pretioso metallo tam præclaro
huic operi iustæ defensioni esse posset contra omnes eos,

qui, nescio quibus hirquis illud intuentes oculis, alicuius infelicitatis illud feinere coarguere non verentur, quod in Numismatibus Pontificijs tantùm laudes et Encomia præclara facinora, virtutes et Euentus commendatione dignos referat, adhærentes tamen ijs nævos consultò prætereat; quasi omnes in ijs effigiati Pontifices Soles meri purissimi, nec humanæ fragilitatis Vicibus Unquã subjecti extitissent. Ad Diluendam objectionem hanc in Antecessum Seruiat, quod quilibet etiam optimus Catholicus vltroneè fateatur, nequaquam omni defectu, et culpa caruisse vitam, et mores aliquorum, qui in Petri Cathedram subvecti; atq eorũm maxime, qui non per liberam electionem Successerunt; sed contra ius, fasque omne, aut dolo, aut vi, detestandâ intrusi sunt. ab Ecclesia tamen sæpiùs majoris mali vitandi causâ, et præcipuè ad declinandum facilè alias erupturum schisma tandem acceptati sunt. Siquidem nullus Catholicorum Romanam Ecclesiam Regno Cælorum attentat præponere, in quo licet Tertia pars Angelorum turpiter prævaricata sit, cælum tamen Cælum permansit, et Sedes Beatorum. Etsi itaq ex prope ducentis quinquaginta Pontificibus ipsa etiam Tertia pars Petri Sede indigna, à præsumptuoso minis calamo per summam impudentiam coarguerentur, istud tamen eodem modo parum imò planè nihil Ecclesiæ officeret Vtpote quæ à Capite suo Christo ipso edocta dicta Eorum, qui supra Cathedram Moijsis sederunt et non facta esse sequenda. Quamvis etiam accurato plane in examine improbandorum Actuum, in quos non electi solum, sed intrusi Romani Pontifices improvidè prolapsi ferantur, totus quantus numerus, si non

illaudabilium planè, saltem non planè Bonorum Successo
rum Petri, vnâ, non item et alterâ vice per digitos inivi pos
sit, ex quibus tamen omnibus ne vel vnicus in doctrina fi
dei latum vnguem à vero discessit.

Quod autem non ipsi etiam Naui pauculi in qualibet Jn
scriptione adducti sint, non poterit Jure culpari is, qui
causam hujus rejecerit in ipsam naturam, ac proprietates
Numorum horum memorialium, in Auro, Argento, aliove
non vulgari metallo excusorum cum Numi hi ex Jndole
sua, et instructione insignium Authorum, qui de illis lib
ros edidêre mera monumenta honoris, aut memorabilia
Eucharistica, non autem indicia Jnfamiæ, aut Charac
teres spargendæ in posteros calumniæ natos debeant con=
tinere. Profectò, dum in tam exiguo spatio, quod Numi
hi Pontificij mole suâ planè exiles in altera parte exhibēt
nullatenus omnia acta laudabilia, aut functiones magis
præcipuæ singulorum Pontificum pro dignitate exprimi
poterant; dum etiam adhibitâ tenuissimâ, acminutissima
incisione, non tantum lineæ, sed etiam ipsæ literæ nume
randæ fuerant; labore propè indicibili non tantùm sensus
cum sensu, sed vel vnâ literâ longiora verba, cum breuio=
ribus commutanda; vt delecto semel charactere in consti
tutum orbiculare spatiolum aptè, sed et legibiliter coa
cervari possint: dum, inquam, rebus præclaris adèo, ijsq;
sane plurimis adferendis obicem ponebat Numi paruitas;
quilibet judicij defæcationis vitio vertisset, si postpositis
summè memorabilibus Pontificum meritis, omissis etiam
passim receptis, laudabilibus, et veris gestis, designatum
eorum memoriæ spatium quibusdam eorum demeritis, aut
forte etiam commentis, ne dicam mendacijs, repleuisse
mus.

Aurum, Argentum, et Huiusmodi pretiosa metalla
in Numis memorialibus sedes honoris et veritatis sunt,

non calumniæ, aut falsitatis. Accedit et illud, quod in Numismatum horum inscriptionibus sæpius non appositum et illud fuerit, quod hactenus quidem à plurimis creditum, sed eruditioribus his nostris sæculis post sagaciorem indagationem, et inquisitionem accuratiorem non sufficienter probari posse est demonstratum. Nil hic de lapsu MARCELLANI, nil de casu LIBERII: silemus hæc, quæ alij magnis his Pontificibus communi prope errore appicta esse, volunt evincere: nec tamen silendo in negantium castra secedimus, minùs exilitatis nostræ conscij, determinare præsumimus, quid in hac re sit gestum. Silemus duntaxat, quia videri potest saltem dubium. Accuratæ autem huic Historiæ Pontificiæ nihil modo inter ipsos orthodoxos controversum adeò placuit adjungere, sed illud solum, quod intaminatæ veritati summè consentaneum ex potiorum, et digniorum Historicorum fide potest demonstrari. Ut propterea hoc pulchrum adeò monumentum Sanctæ Sedis Romanæ, tam in privatis conclavibus, quam publicis Bibliothecis, quæ non minus Gazophylacia artium, quam veritatis templa sunt, debito cum honore asservari queat, famamq; servaturum sit nullum laborem, aut impensas Respicientis Authoris. Sed et simul prostabit in his monumentum gloriæ erectum dulcissimæ Patriæ nostræ invertionum feraci Germaniæ, in qua hoc in alijs Regnis, ac provincijs nunquam hactenus attentatum opus in veræ ÆTERNAM SANCTÆ SEDIS ROMANÆ MEMORIAM, primam lucem aspexit.

SERIES PONTI-
FICVM ROMANO-
RVM.

1. S. Petrus.
2. S. Linus.
3. S. Cletus.
4. S. Clemens. I.
5. S. Anacletus.
6. S. Euaristus.
7. S. Alexander. I.
8. S. Sixtus. I.
9. S. Telesphorus.
10. S. Higinus.
11. S. Pius. I.
12. S. Aniceius.
13. S. Soter.
14. S. Eleutherius.
15. S. Victor. I.
16. S. Zephirinus.
17. S. Calixtus. I.
18. S. Vrbanus. I.
19. S. Pontianus.
20. S. Anteros.
21. S. Fabianus.
22. S. Cornelius.
23. S. Lucius. I.
24. S. Stephanus. I.
25. S. Sixtus. II.
26. S. Dionÿsius.
27. S. Felix. I.
28. S. Eutichianus.
29. S. Caius.
30. S. Marcellinus.
31. S. Marcellus. I.
32. S. Eusebius.
33. S. Miltiades.
34. S. Sÿluester. I.
35. S. Marcus.
36. S. Julius. I.
37. Liberius.
38. S. Felix. II.
39. S. Damasus. I.
40. Sÿricius.
41. S. Anastasius.
42. S. Innocentius. I.
43. S. Zosimus.
44. S. Bonifacius I.
45. S. Cœlestinus. I.
46. S. Sixtus. III.
47. S. Leo. I.
48. S. Hilarius.

49. S. Simplicius.
50. S. Felix. III.
51. S. Gelasius.
52. Anastasius. II.
53. S. Simmachus.
54. S. Hormisda.
55. S. Joannes. I.
56. S. Felix. IV.
57. Bonifacius. II.
58. Joannes. II.
59. S. Agapetus. I.
60. S. Sylverius.
61. Vigilius.
62. Pelagius. I.
63. Joannes. III.
64. Benedictus. I.
65. Pelagius. II.
66. S. Gregorius. I. Magnus.
67. Sabinianus.
68. Bonifacius. III.
69. S. Bonifacius. IV.
70. S. Deusdedit
71. Bonifacius. V.
72. Honorius. I.
73. Severinus.
74. Joannes. IV.
75. Theodorus. I.
76. S. Martinus. I.
77. S. Eugenius. I.
78. S. Vitalinus.
79. Adeodatus.
80. Donus. I.
81. S. Agatho.
82. S. Leo. II.
83. S. Benedictus. II.
84. Joannes. V.
85. Conon.
86. S. Sergius. I.
87. Joannes. VI.
88. Joannes. VII.
89. Sisinius.
90. Constantinus.
91. S. Gregorius. II.
92. S. Gregorius. III.
93. S. Zacharias.
94. Stephanus. II.

95. Stephanus. III.
96. S. Paulus. I.
97. Stephanus. IV.
98. Hadrianus. I.
99. S. Leo. III.
100. Stephanus. V.
101. S. Paschalis. I.
102. Eugenius. II.
103. Valentinus.
104. Gregorius. IV.
105. Sergius. II.
106. S. Leo. IV.
107. Benedictus. III.
108. Nicolaus. I.
109. Hadrianus. II.
110. Joannes. VIII.
111. Martinus. I.
112. Hadrianus. III.
113. Stephanus. VI.
114. Formosus.
115. Bonifacius. VI.
116. Stephanus. VII.
117. Romanus.
118. Theodorus. II.
119. Joannes. IX.
120. Benedictus. IV.
121. Leo. V.
122. Christophorus.
123. Sergius. III.
124. Anastasius. III.
125. Lando.
126. Joannes. X.
127. Leo. VI.
128. Stephanus. VIII.
129. Joannes XI.
130. Leo. VII.
131. Stephanus. IX.
132. Martinus. II.
133. Agapetus. II.
134. Joannes. XII.
135. Benedictus. V.
136. Joannes. XIII.
137. Donus. II.
138. Benedictus. VI.
139. Benedictus. VII.
140. Joannes. XIV.
141. Joannes. XV.
142. Joannes. XVI.
143. Gregorius. V.
144. Sylvester. II.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

145. Joannes. XVII.
146. Joannes. XVIII.
147. Sergius. IV.
148. Benedictus. VIII.
149. Joannes. XIX.
150. Benedictus. IX.
151. Gregorius. VI.
152. Clemens. II.
153. Damasus. II.
154. S. Leo. IX.
155. Victor. II.
156. Stephanus. X.
157. Nicolaus. II.
158. Alexander. II.
159. S. Gregorius. VII.
160. Victor. III.
161. Vrbanus. II.
162. Paschalis. II.
163. Gelasius. II.
164. Calixtus. II.
165. Honorius. II.
166. Innocentius. II.
167. Cœlestinus. II.
168. Lucius. II.
169. Eugenius. III.
170. Anastasius. IV.
171. Hadrianus. IV.
172. Alexander. III.
173. Lucius. III.
174. Vrbanus. III.
175. Gregorius. VIII.
176. Clemens. III.
177. Cœlestinus. III.
178. Innocentius. III.
179. Honorius. III.
180. Gregorius. IX.
181. Cœlestinus. IV.
182. Innocentius. IV.
183. Alexander. IV.
184. Vrbanus. IV.
185. Clemens. IV.
186. B. Gregorius. X.
187. Innocentius. V.
188. Hadrianus. V.
189. Joannes XXI.
190. Nicolaus III.
191. Martinus. IV.
192. Honorius. IV.
193. Nicolaus. IV.
194. S. Cœlestinus. V.

195. Bonifacius. VIII.
196. Benedictus. XI.
197. Clemens. V.
198. Johannes. XXII.
199. Benedictus. XII.
200. Clemens. VI.
201. Innocentius. VI.
202. Vrbanus. V.
203. Gregorius. XI.
204. Vrbanus. VI.
205. Bonifacius. IX.
206. Innocentius. VII.
207. Gregorius. XII.
208. Alexander. V.
209. Joannes. XXIII.
210. Martinus. V.
211. Eugenius. IV.
212. Nicolaus. V.
213. Calixtus. III.
214. Pius. II.
215. Paulus. II.
216. Sixtus. IV.
217. Innocentius VIII.
218. Alexander. VI.
219. Pius. III.
220. Julius. II.
221. Leo. X.
222. Hadrianus. VI.
223. Clemens. VII.
224. Paulus. III.
225. Julius. III.
226. Marcellus. II.
227. Paulus. IV.
228. Pius. IV.
229. S. Pius. V.
230. Gregorius. XIII.
231. Sixtus. V.
232. Vrbanus. VII.
233. Gregorius XIV.
234. Innocentius. IX.
235. Clemens. VIII.
236. Leo. XI.
237. Paulus. V.
238. Gregorius. XV.
239. Vrbanus. VIII.
240. Innocentius. X.
241. Alexander. VII.
242. Clemens. IX.
243. Clemens. X.
244. Innocentius XI.
245. Alexander. VIII.
246. Innocentius. XII.
247. Clemens. XI.
248. Innocentius. XIII.

INSCRIPTIONES
PRÆDICTORVM NVMORVM PONTIFICI
orum Sequentes sunt.

PRÆCEDVNT TRIA NVMISMATA GENERALIA.

1.

Exhibet Faciam Sedentem et Tenentem Effigiem Lotharij Francisci Electoris Moguntinensis, quam præcedit Genius portans Calamum et Atramentum, quæ sunt Æternæ Memoriæ Instrumenta. Prostrati Jacent in terra plures libri et Documenta. Circa Effigiem leguntur hæc Verba: LOTHARIVS FRANCISCVS Elector MOGVNTINENSIS: In Margine legitur: HISTORIÆ O SACRVM DECVS. A TERGO legitur: LOTHARIO FRANCISCO MOGVNTIÆ ARCHIEPISCOPO. S.R.I. ELECTORI. Immortalibus Gestis Historiam Sæculorum Implenti de suo Historiam Pontificum Numis Expressam. D.D.D. Casparus Theophilus Lauffer Rei Monetariæ circa Franconiam Inspectori Generali Operis Auctor.

Tabella XII R.

2.

Repræsentantur Arma Sanctæ Sedis Romanæ, nempe: Claues et Thiara, cum Inscriptione. HIC CLAVES REGNI CÆLORVM ET SVMMA POTESTAS. A TERGO legitur. SANCTÆ SEDIS ROMANÆ ÆTERNA MEMORIA.

3.

Indicat Effigiem Saluatoris IESV CHRISTI. cum Inscriptione: IESVS CHRISTVS ECCLESIÆ CAPVT. A TERGO legitur: Deus Verus, Filius Dei Viui, Homo Natus Bethlehemi Matre MARIA semper Virgine. Anno Mundi. MMMMMXCIX Die XXV. Decembris. Caput Ecclesiæ A Iudæis cruci affixus pro Salute nostra Sanguinem Suum cum vita Effudit. Ætatis Suæ. Annis. XXXIII.

SEQVVNTVR DVCENTA QVADRAGINTA SEPTEM NVMISMATA PARTICVLARIA ROMANORVM PONTIFICVM.

1. Effigies Sancti Petri. Cum Inscriptione. SIMON PE-
TRVS APOSTOLORVM PRINCEPS. A TERGO. Natus
in Gallilæa, Patre Iona, Apostolus IESV CHRISTI. Andreæ Apostoli frater. Anno Christi. XLV. die. XVIII. Januarij. Episcopatum Romæ inchoasse creditur, eiq; præfuisse annos XXIIII.
menses. V. dies. XII. Sub Nerone. Anno Christi LXIX. die.
XXIX. Junij. cum Paulo Apostolo passus est.

2. Effigies S. Lini. Cum Inscriptione. SANCTVS LINVS.
PONTIFEX MAXIMVS. A TERGO. Natus Volaterræ. Patre
Herculaneo. Petro successit. Anno Christi. LXIX. die. XXX.
Junij. Ordinauit ne mulieres nudo capite cœtus fidelium
frequentarent. Disputationem Petri cum Simone Mago
Romæ habitam descripsit. Anno Christi. LXXX. die XXIII.
Septembris passus est.

3. Effigies S. Cleti. cum Inscriptione. S. CLETVS. PONT.
MAX. A TERGO. Natus Romæ, Patre Æmiliano, Chor-
episcopus Petri fuisse creditur. Lino Successit. Anno Christi.
LXXX. die. XXIV. Septembris. Ecclesiæ præfuit Annis. XII. men-
ses. VII. dies. 12. S. Johannes eo tempore in feruens oleum con-
jectus, Incolumis inde exiuit, passus est Cletus Sub Domitiano
Anno Christi XCIII. die. XXVI. Aprilis.

4. Effigies S. Clementis cum Inscriptione. S. CLEMENS. I.
PONTIF. MAX. A Tergo. Natus Romæ, Patre Faustino.
Matre Mathidia. Cleto Successit. Anno Christi. XCIII. die.
XVI. Maij. constituit VII notarios, qui acta Martyrum
bona fide consignarent. A Trajano in exilium pulsus.
In lapicidinas condemnatus. Tandem Anchoræ alligatus
et in mare præcipitatus. Anno Christi. CII. die. XXIII.
Novembris periit.

5. Effigies. S. Anacleti. cum Inscriptione. S. ANACLE-
TVS PONTIF. MAX. A TERGO. Natus Athenis. Patre
Antiocho. Clementi Successit. Anno christi. CII. die III.
Aprilis. Martyribus Peculiare Sepulchrum destinauit.
De Ordinatione et Habitu Episcoporum nonnulla ordinasse

dicitur Anno Christi. CXII. die. XIII. Julij passus est.

6. Effigies S. Euaristi. cum Inscriptione: S. EVARISTVS. PONT. MAX. A TERGO. Natione Græcus. Patre Iuda natus. Anacleto successit. Anno Christi. CXII. die. XXVII. Julij. Extant Sub eius nomine Binæ Epistolæ, altera ad Episcopos Africæ, altera ad Episcopos Ægÿpti exaratæ, Varijs constitutionibus referte. Anno Christi. CXXI. die. XXVI. octob: passus est.

7. Effigies S. Alexandri. I. cum Inscriptione. S. ALEXANDER. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Alexandro. Euaristo successit. Anno christi. CXXI. die. XII. Nouembris. Ordinauit panis Acijmi et vini aqua diluti vsum in S. Eucharistia Item de aqua Benedicta nonnulla decreuit. Anno Christi. CXXII. die. II. maij passus est.

8. Effigies S. Sixti. I. cum Inscriptione. S. SIXTVS. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Heluidio Pastore. Alexandro successit. Anno Christi. CXXXII. die XXIX Maÿ. S. Peregrinum in Galliam misit ad prædicandum Euangelium. Mÿsterium S.S. Trinitatis Epistolâ sub eius nomine editâ masculè defendit. De missa quædam ordinasse dicitur. Anno Christi. CXLII. die. VI. Aprilis passus est.

9. Effigies S. Telesphori. cum Inscriptione: S. TELESPHORVS PONT. MAX. A TERGO. Natione Græcus. Ex Anachoreta factus Pontifex Maximus. Anno christi. CXLII. die. IX. Aprilis. Apostolicam Traditionem de quadragesimali Jejunio perpetua constitutione stabilivit. In Christi Natali tres missas, primam media nocte. Secundam in Diluculo. Tertiam clara die dicendam Instituit. Hymnum gloria in Excelsis Deo in missa Cani præcepit. Anno Christi. CLIV. die. V. Januarij. passus est.

10. Effigies S. Hÿgini. cum Inscriptione. S. HYGINVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Athenis. Patre philosopho. cuius nomen Ignoratur. Telesphoro Successit. Anno Christi. CLIV. die. XIII. January. Epistolam reliquit de S.S. Trinitate. De Testibus Baptismalibus et Confirmatione nonnulla man=

dasse dicitur. Anno christi. CLVIII. die XI. Januarij pas
sus est.

ii. Effigies. S. Pij. I. cum Inscriptione. S. PIVS. I. PONT.
MAX. ATERGO. Natus Aquileæ. Patre Ruffino. Hygino
successit. Anno Christi. CLVIII. die. XV. Januarij. Festum
Resurrectionis christi die Dominica celebrandum mandauit.
Ædem S. Pudentianæ primum Christianorum Templum Ro
mæ consecrasse dicitur. Anno christi. CLXVII. die. XL. Ju
lij passus est.

iz. Effigies S. Aniceti. cum Inscriptione. S. ANICETVS.
PONT. MAX. ATERGO. Natus in Syria. Patre Joanne. S.
Pio. I. successit. Anno christi. CLXVII. die. XXIII. Julij. de
ordinatione Episcoporum Epistolam ad Episcopos Galliæ
Scripsit. Polycarpum Romam Venientem Humaniter Exa
pit. Anno christi. CLXXV. die. XVII. Aprilis passus est.

iz. Effigies S. Soteri. cum Inscriptione: S. SOTER. PONT.
MAX. ATERGO. Natus Fundis in Campania. Patre con=
cordio. Aniceto Successit. Anno christi. CLXXV. die. IV.
Maij. Vir Pius et liberalis, curam pauperum, qui Vbiuis
erant, religiose Suscepit. Epistolam Scripsit ad Episco=
pos Campaniæ De Christi diuinitate. Anno Christi. CLXXIX.
die XXX. Aprilis. passus est.

14. Effigies S. Eleutherij. cum Inscriptione: S. ELEVTHER
PONT. MAX. A TERGO. Natus Nicopoli. Patre Abundio.
Episcopatum Suscepit. Anno Christi. CLXXIX. die. III. maij
Clerus Lugdunensis in Gallia ei Irenæum litteris commen
dauit. Lucio Britanniæ Regi christianam fidem am
plexo Damianum et Fugatium fidei doctores Misit.
Anno christi. CXCIV. die. XVI. Maij. Obijt.

15. Effigies S. Victoris. I. cum Inscriptione: S. VICTOR. I.
PONT. MAX. A TERGO. Afer Natione. Patre Felice

natus. Eleutherio successit. Anno Christi. CXCIV. die. i. Junij. Quæstionem quo tempore Pascha celebrari debeat decidit. Theodorum Byzantinum Artemonis Sectatorem Excommunicauit. Anno Christi. CCIII. die. XXVIII. Julij obijt.

16. Effigies. S. Zephirini. cum Inscriptione. S. ZEPHYRINVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Abundio. Victori successit. Anno christi. CCIII. die. VIII. Augusti. Epistolas Binas scripsit, alteram ad Episcopos Siciliæ, Alteram ad Ægyptios, vasa vitrea sacrificio Missæ destinasse dicitur. Anno Christi. CCXXI. die. XXVI. Augusti. passus est.

17. Effigies. S. Calixti. cum Inscriptione. S. CALIXTVS. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Rauennæ. Patre Domitio. Sedere cœpit Anno christi. CCXXI. die. II. Septembris. Epistolam ad Episcopos Galliæ scripsit. Ædem S. MARIÆ trans Tyberim exstruxisse perhibetur. Anno Christi. CCXXII. die. XIV. octobris. in Puteum conjectus periit.

18. Effigies S. Vrbani. cum Inscriptione: S. VRBANVS. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Pontiano. Calixto Successit. Anno christi. CCXXII. die. XXI. octobris. multos ad fidem Christi convertit. Ordinauit Vt Vasis Argenteis Ecclesia Vteretur. Ob persecutionem in Spelunca Juxta Viam Appiam diu delituit. Anno Christi. CCXXXIII. die. XXV. Maij passus est.

19. Effigies S. Pontiani. cum Inscriptione: S. PONTIANVS PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Calphurnio. Sedere cœpit Anno Christi. CCXXXIII. die. XXIX. Maij. Ob Ingentem numerum eorum qui fidem Christianam amplexi sunt, in exilium pulsus. Roma in Insulam Sardiniam commigrauit; Vbi Jussu Maximini Imperatoris. Anno christi. CCXXXVIII. die. XIX. Novembris passus est.

20. Effigies. S. Anteri. cum Inscriptione. S. ANTERVS. PONT. MAX. A TERGO. Natione Græcus. Patre Romulo Natus.

Pontiano Successit. Anno Christi. CC XXXVIII. die. XXI. No
uembris. Epistolam ad Episcopos Hispaniæ reliquisse pro
hibetur, De Migrationibus Episcoporum ab vna sede ad alia
Notarios constituit, qui acta Martyrum fideliter consigna
rent Anno Christi. CCXXXIX. die. III. Januarij passus est.

21. Effigies Fabiani. Cum Inscriptione: FABIANVS. PONT.
MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Fabio. Antero Successit.
Anno Christi. CCXXXIX. die. XVI. Januarij. De pœnis perjuro
rum, de gradibus consanguinitatis, De Ætate Sacerdotum non
nulla mandauit. Septem Diaconos nominauit, qui acta Martyr
rum à Notarijs collecta recognoscerent. Anno Christi. CCLIII.
die. XX. Januarij. Sub Decio Imperat: passus est.

22. Effigies. S. Cornelij. cum Inscriptione: S. CORNELIVS.
PONT. MAX. A Tergo. Natus Romæ. Patre Castino. Fabi
ano Successit. Anno christi. CCLIIII. die. I. Aprilis. Conci
lium Romæ Cogit contra Novatianum Hæreticum primum
Pseudo-papam. Corpora S.S. Petri et Pauli in opportuniorem
locum è Catacumbis transtulit. In Exilium missus ab Impera
tore. Ob commercium litterarum cum S. Cyprriano Romam Re
vocatus. Sub Gallo et Volusiano. Anno christi. CCLV. die.
XIV. Septembris. Ob Negata Marti Thura capite plexus.

23. Effigies S. Lucij. I. cum Inscriptione: S. LVCIVS. I. PONT.
MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Porphirio. Episcopa
tum suscepit. Anno christi. CCLV. die. XX. octobris. Ab
Exilium pulsus. Post dignitati pristinæ restitutus. Ordi
nauit vt duo Sacerdotes cum Tribus Diaconis. R. Episco
pum comitarentur. Jussu Valeriani Imperat. passus est.
Anno Christi. CCLVII. die. II. Maij.

24. Effigies S. Stephani. I. cum Inscriptione. S. STEPHANVS.
I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Julio. Ex
Archidiacono Pontifex Maximus electus. Anno christi
CCLVII. die. IX. Aprilis. Baptizator ab Hæreticis non

rebaptizandos contra Cyprianum et Synodum Africanam decreuit. Jussu Valeriani et Gallieni dum sacra faceret ad Altare obtruncatur. Anno christi. CCLX. die. II. Augusti.

25. Effigies. S. Sixti. II. cum Inscriptione: S. SIXTVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natione Græcus. Philosophus Atheniensis. Pontifex Rom. creatur. Anno christi. CCLX. die. XXIV. Augusti. Sub vna vrbe stare orbem docuisse dicitur. Valeriano prohibente, ne Christiani conventus agerent, vel cœmeteria adirent, Ipse SIXTVS in cœmeterio callixti deprehensus, percussus est. Anno christi. CCLXI. die. VI. Augusti.

26. Effigies S. Dijonisij. cum Inscriptione. S. DYONISIVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Turiæ. Parentibus Incertis. è monacho Simplici Pontifex Maximus creatur. Anno christi. CCLXI. die. XII. Septembris. Dijonisium Alexandrinum falsò à Pentapolitanis accusatum absoluit. Contra Sabellium Hæreticum commentarium edidit. Paulum Samosatenum in concilio Antiocheno damnari fecit. Anno Christi. CCLXXII. die. XXVII. decembris Confessor obijt.

27. Effigies S. Felicis. I. cum Inscriptione. S. FELIX. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre constantio. Dijonisio Successit. Anno christi. CCLXXII. die. XXXI. decembris. Decreuit, vt supra Martijrum Sepulchra missæ celebrentur. Contra Sabellium et Paulum Samosatenum Hæreticos nonnulla Scripsisse inuenitur. Sub Aureliano Imperat: Anno christi. CCLXXV. die. XXIX. Maij. Martijr obijt.

28. Effigies S. Euthijchiani. cum Inscriptione. S. EVTHYCHIANVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Lunæ in Tuscia. Patre Marino. Felici Successit. Anno christi. CCLXXV. die. IV. Junij. Martijres CCCXLII. manibus Suis Sepeliuit. Decreuit, vt fruges, fabæ, vuæ super Altare benedicerentur. Et ne Martijr sine Dalmatica aut Co-

lobio sepeliretur Anno Christi. CCLXXXIII. die VIII. decembris. passus est.

29. Effigies. S. Caij. cum Inscriptione. S. CAIVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus in dalmatia. Patre Cajo. Diocletiani Imperat: Agnatus. Eutychiano Successit. Anno christi. CCLXXXIII. die. XVII. decembris. Ob persecutiones diu in Crijptis delituit. Tandem cum fratre Gabinio et Susanna fratris filia. Anno Christi. CCXCVI. die. XXII. Aprilis. Martijrium passus est.

30. Effigies S. Marcellini. cum Inscriptione; S. MARCELLINVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Roma. Patre Projecto. Cajo Successit. Anno christi. CCXCVI. die. III. Maij. Sedit in Decima persecutione, in qua inter XXX Dies. Decem Millia Christianorum Martijrio affecta. omnia eorum Templa Vno die directa. S. Codices tradi, Jussi et Exusti. Thebæam legionem animavit ad constantiam in fide. Ipse ad Martijrium Iturus Marcellum Successorem hortatus, ne in rebus fidei Imperatori obediret. Anno Christi. CCCIV. die. XXVI. Aprilis passus est.

31. Effigies S. Marcelli. cum Inscriptione: S. MARCELLVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Benedicto. Marcellino Successit. Anno Christi. CCCIV. die. XXI. Novembris. Postquam ob persecutiones diu delituit, A Maxentio Imperatore ad Catabulum damnatus, vt Jumenta ibi curaret, A S. Lucina liberatur, mox vero in eundem locum conjectus labore et fœtore exanimatus. Anno Christi. CCCIX. die. XVII. Januarij Obijt.

32. Effigies S. Eusebij. cum Inscriptione. S. EVSEBIVS. PONT. MAX. A TERGO. Natione græcus. Patre medico natus. Ipse Medicus. Marcello Successit. Anno Christi. CCCIX. die. V. februarij. A Persecutoribus aliquamdiu vexatus, tandem cum septem dies Victoria Constantini Magni, quâ Maxentium debellauit, supervixisset. Anno Christi. CCCXI. die. XXVI. septembris confessor Obijt.

33. Effigies S. Melchiades. cum Inscriptione: S. MELCHI
ADES. PONT. MAX. A TERSO. Afer Natione. Eusebio —
Tabella 2. Successit. Anno Christi. CCCXI. die. II. octobris. Concilium
Romæ habuit in causa Caciliani atq; Donati. Fideles die Do=
minica Jejunare prohibuit. Candelabra accensa in Sacrificio
missæ adhibenda Jussisse dicitur. Anno Christi. CCCXIII. die. X.
decembris. Martyr obijt.

34. Effigies S. Sylvestri. I. cum Inscriptione: S. SYLVESTER
I. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Ruffino. Ma
tre Justa. A Marcellino Presbyter ordinatus. Anno Christi.
CCCXIV. die. I. februarij. Melchiadi Successit. Redditâ per
constantinum magnum Ecclesiæ pace, Templum D. Petri Romæ
erectum; Ipsum Constantinum in Basilica Lateranensi —
Baptizasse creditur. Anno Christi. CCCXXXV. die. XXXI. De
cembris obijt.

35. Effigies S. Marci. cum Inscriptione: S. MARCVS. PONT.
MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Prisco. Sylvestro Sur
rogatur. Anno Christi. CCCXXXVI. die. XVII. Januarij.
Jussit Vt Symbolum Nicænum decantaretur in Ecclesia.
Duas Basilicas, Alteram via Ardeatina, Alteram Romæ Juxta
Palatinas exstruxit. Episcopo Ostiensi dat, Vt Romanum con
secraret Pontificem. Anno Christi: CCCXXXVI. die. VII. octo
bris obijt.

36. Effigies S. Julij. I. cum Inscriptione: S. IVLIVS. I. PONT.
MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Rustico. Ex canonico
Regulari S. R. E. Diaconus Cardinalis Romanus Pontifex —
eligitur. Anno Christi. CCCXXXVI. die. XXVI. octobris.
In concilio Romæ celebrato Nicænam Synodum appro=
bauit, et Arium iterum proscripsit. Ad Hunc Athanasius
veniens, Vt causam ageret contra Arianos Receptum nunc
Symbolum Suum in pleno concilio recitauit. Julius pro —
Exulibus Episcopis, Paulo, Marcello, Athanasio. Plurimis —

bene actis. Anno Christi. CCCLII. die. XII. Aprilis Obijt.

37. Effigies S. Liberij. cum Inscriptione: S. LIBERIVS. PONT. MAX. A Tergo. Natus Romæ. Patre Augusto. Invitus Julio Surrogatur. Anno Christi. CCCLII. die. VIII. Maij. ob fidei constantiam in exilium pulsus. Inibi ab Arianis inductus dolosæ confessioni Sirmiensi à se pro Catholica habitæ Improvidè subscripsit, quod audiens Clerus Romanus eum à fide defecisse credidit, et Felicem in sedem Recepit. Sed Liberius Romam Reductus Ariana Damnauit Dogmata, ac mortuo Felice Ecclesiæ cum laude præfuit Anno Christi. CCCLXVI. die. IX. Septembris Pie obijt.

38. Effigies S. Felicis. II. cum Inscriptione: S. FELIX. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Anastasio. Liberio in exilium acto Ab Arianis intruditur. Anno Christi CCCLV. cum Auersione Cleri et populi; sed paulo post Romam delato Rumore de defectione Liberij à Clero Romano suscipitur et in libera credita Petri Cathedra collocatur, Vbi Arianis Infensissimus. Constantium Imperatorem ijs faucntem Hæreticum declarauit. Per quem postmodum Revocato Romam Liberio Felix exulare Jussus. Anno Christi. CCCLXV. die. XX. Novembris Martyr obijt.

39. Effigies S. Damasi. cum Inscriptione: S. DAMASVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Viuariæ in Hispania. Patre Antonio. Liberio Successit. Anno christi. CCCLXVII. Die XV. Septembris. Tres Romæ Synodos habuit contra Arianos. S. Hyeronimum Ex eremo Romam Evocauit. Plurima Scripsit quæ Hodienum extant. Templa Duo ædificauit, Alterum ad Theatrum Pompeij, Alterum via Ardeatina. Octogenarius Anno Christi. CCCLXXXIV. die XI Decembris decessit.

40. Effigies S. Siricij. cum Inscriptione. S. SIRICIVS. PONT.

MAX. à Tergo Natus Romæ. Patre Tiburtio. Damaso succes-
sit. Anno christi. CCCLXXXV. die. XII. Januarij. In Reprimen-
da variorum Hæreticorum Turba, qui tum temporis Eccle-
siam miré vexabant strenuè laboravit. Tandem Anno chris-
ti. CCCXCVIII. die. XXII. IX. februarij obijt.

Effigies S. Anastasij. cum Inscriptione. S. ANASTASIVS.
1. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Maximo. Siricio
successit. Anno christi. CCCXCVIII. die. XIV. Martij. Discor-
diam ortam inter Hijeronimum et Ruffinum composuit. Or-
dinavit vt Evangelium decantetur in Ecclesia à stante Dia-
cono et stantibus auscultantibus. Anno christi. CCCCII. die.
XXVII. Aprilis obijt.

Effigies S. Innocentij. I. cum Inscriptione. S. INNOCEN-
2. TIVS. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Albæ. Patre Inno-
centio. Anastasio successit. Anno Christi. CCCCII. die. XVIII.
Maij. Decrevit vt sabbatho Jejunium observaretur, vt
peractis Sacris omnibus in Ecclesia Pax annunciaretur
fidelibus. Romæ Basilicam S. Gervasij et S. Prothasij dedi-
cavit. Anno Christi. CCCCXVII. die. XXVIII. Julij obijt.

Effigies S. Zosimi. cum Inscriptione. S. ZOSIMVS. PONT.
3. MAX. A TERGO. Natione Græcus. Patre Abrahamo natus.
Innocentio Surrogatur. Anno christi. CCCCXVII. die. XIX.
Augusti. Cum Coelestio et Pelagio lenius egit, tandem ta-
men Vtrumq; damnavit. De Ordinatione et moribus cle-
ricorum nonnulla ordinasse dicitur. Anno Christi. CCCCXVIII.
die. XXVI. decembris obijt.

Effigies S. Bonifacij. I. cum Inscriptione. S. BONIFACIVS
4. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Jucundo
Presbijtero. Jurisprudentiæ studio clarissimus. Zosimo
defuncto Pontifex Invitus creatur. Anno Christi. CCCCXVIII.
die. XXVIII. decembris. Ob Eulalium Antipapam Vrbe ex-
pulsus, mox ab Honorio Imperatore Revocatus. Tandem

Anno christi . CCCCXXIII. die. I. Nouembris obijt.

45. Effigies S. Coelestini . cum Inscriptione. S. COELESTINVS PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Prisco. Anno Christi. CCCCXXIII. die . XI . Nouembris. Cum populus et Cle vus Eulalium Episcopum Nepesinum in sedem Romanam euocasset, ille autem renuisset, Bonifacio Successor Eligitur Cÿrillum Ephesum ad concilium misisse dicitur, vt suo N. mine Nestorium Damnaret. Anno christi. CCCCXXXII. d VI. Aprilis obijt.

46. Effigies S. Sixti . III. cum Inscriptione. S. SIXTVS. III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Sixto. Pres bÿter S. R. E. Augustini Intimus Pontifex creatur. Ann christi. CCCCXXXII. die . XXVI . Aprilis . Pelagium Ha reticum acerrimè scriptis exagitauit. Basilicam S. MA RIÆ majoris exstruxit. Fontem Constantini in Basil ca Lateranensi carmine ornauit. Anno christi. CCCCXL die . XXVIII . Martij obijt.

47. Effigies S. Leonis M. cum Inscriptione: S. LEO. M. PONT. MAX. A TERGO. Natione Tuscus. Patre Quinti= ano natus. è Diacono Pontifex Max. electus. Anno christi. CCCCXL. die . X. Maij. contra Manichæos et Pel gianos strenuè decertauit; nec minus contra Nestorium et Eutÿchen. Romæ Sacras Ædes plurimas exornauit . Anno christi. CCCCLXI. die . XI . Aprilis obijt.

48. Effigies. S. Hilari . cum Inscriptione: S. HILARVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus in Sardinia. Patre Crispino. Ex Diacono S. R. E. Successor datur Leoni. Anno christi. CCCCLXI. die. XII. Nouembris. Leonis acta et Decreta contra Hæreticos renouauit. Ora= toria S. Johannis Baptistæ et S. Johannis Evangelistæ in Basilica Lateranensi fieri fecit. Anno christi.

CCCCLXVII. die X. Septembris obijt.

49. Effigies S. Simplicij. i. cum Inscriptione: S. SIMPLICIVS. I
PONT. MAX. A TERGO. Natione Italus. Patria Tiburtinus. Cas
tini filius. Hilario successit. Anno christi. CCCCLXVII. die. XX.
Septembris. cum Acatio Bijzantinæ Ecclesiæ Episcopo de Prima
te decertauit. Basilicam S. Stephani in monte Cælio. Basilicam
S. Andreæ, aliasq plures dedicauit. Anno Christi. CCCCLXXXIII.
die. I. Martij obijt.

50. Effigies S. Felicis. III. cum Inscriptione: S. FELIX. III. PONT.
MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre felice. è nobili fami=
lia Aniciæ. Electus in Pontificem. Anno christi. CCCCLXXXIII.
die. VIII. Martij. Acatium Bijzantinum & Petrum Moggum
Alexandrinum Episcopos Hæreseos Eutychianæ Reos excom
municauit. Basilicam S. Agapeti erexit. Anno christi.
CCCCXCII. die. XXV. februarij obijt.

51. Effigies S. Gelasij. cum Inscriptione: S. GELASIVS. PONT.
MAX. A TERGO. Afer, Patre Valerio natus. Felici Successit.
Anno christi. CCCCXCII. die. II. Martij. Scripsit inter alia
aduersus Eutijchen et Nestorium, Arium, Item et Pelagi
um. Lupercalia et Circensia Gentilium sacra abrogauit,
impensasq Circensium in pauperum vestimenta conver=
tit. Anno Christi CCCCXCVI. die. XXI. Nouembris obijt.

52. Effigies S. Anastasij. II. cum Inscriptione: S. ANA
STASIVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre
Petro. Gelasio successit. Anno Christi. CCCCXCVI. die XXVIII.
Novembris. Cum Anastasio Imperatore egit, Vt Homen
Acatij Episcopi quondam Bijzantini ex Albo Episcoporum
deleretur. Sepulchrum S. Laurentij auro et argento Ex=
ornauit. Anno christi. CCCCXCVIII. die. XIX. Nouembris
Repentino fato obijt.

53. Effigies S. Sijmmachi. Cum Inscriptione: S. SYMMA
CHVS. PONT. MAX. A TERGO. Natione Sardus. Patre
Fortunato. Roma in Basilica constantiniana Pontifex
creatur. Anno christi. CCCCXCVIII. die. XXII. Novembris.

quo die Laurentius per schisma in Basilica S. Mariæ Pontifex salutatur, cum quo per triennium conflictatus tandem ejecto illo. Anno christi. DXIV. die. XIX. Julij Obijt.

54. Effigies S. Hormisdæ. cum Inscriptione. S. HORMISDA PONT. MAX. ATERSO. Natione Campanus. Patre Justo natus. S. R. E. Diaconus. Sijmmacho Successit. Anno Christi DXIV. die. XXVI. Julij. Huic Clodovæus Rex francorum auream Coronam cum Gemmis, quæ Regnum Appellatur Donum B. Petro misit. Sub hoc Colchi fidem amplectuntur. Anno Christi. DXXII. die. VI. Augusti Obijt.

55. Effigies S. Johannis. I. cum Inscriptione: S. IOHANNES. I. PONT. MAX. ATERSO. Patria Hetruscus. Patre Constantio natus. Hormisdæ Surrogatur. Anno Christi. DXXIII. die. XIII. Augusti. A Theodorico Rege coactus legatus Byzantium mittitur. Ad Justinum Imperatorem Sequester pacis inter Orthodoxos et Arianos Re infecta Reuersus, in carcerem detrusus Martijr Obijt Anno christi DXXVI. die. XXVII. Maij.

56. Effigies S. Felicis. IV. cum Inscriptione: S. FELIX. IV. PONT. MAX. ATERSO. Oriundus ex Insulo Samo. Patre Castorco natus. Romanæ Sedi Imponitur. Anno christi. DXXVI. die. XXIV. Julij. Pauperes semper mensæ suæ admouit. Basilicam S. Cosmi et Damiani, Vt et S. Saturnini incendio consumptam Romæ exstruxit. Anno Christi. DXXX. die. XII. octobris Obijt.

57. Effigies S. Bonifacij. II. cum Inscriptione. S. BONIFACIVS II. PONT. MAX. ATERSO. Natus Romæ. Patre Sigisbuldo è Gente Gothica Pontifex creatur in Basilica Julij. Anno Christi. DXXX. die. XV. octobris. Cum eodem tempore Dioscorus in Basilica constantinia

na ab aduersa parte papa salutaretur, cui tamen Supervixit, sedemq̃ obtinuit. Erga pauperes mire Benefitus. Anno christi. Dxxxi. die. xvii. octobris decessit.

58. Effigies S. Iohannis. ii. cum Inscriptione: S. IOHANNES. II. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Projecto. Successor Bonifacio datur. Anno christi Dxxxi. Antonium Patriarcham constantinopol: ob Hæresin excommunicauit. Epistolam scripsit ad valerium de persona et Diuinitate christi Anno christi. Dxxxv. die. xxvi. Junij obijt.

59. Effigies S. Agapeti. cum Inscriptione: S. AGAPETVS. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Gordiano Presbytero. Ipse Diaconus in Pontificem eligitur. Anno christi. Dxxxv. à Theodato Gothorum Rege Byzantium missus, vt Justinianum Imperatorem Regi conciliaret; peractis negotij Byzanti Anno christi. Dxxxvi. moritur.

60. Effigies S. Syluerij. cum Inscriptione. S. SYLVERIVS. PONT. MAX. ATERGO. Natione campanus. Hormisdæ Pontificis Filius. A Theodato Gothorum Rege Pontifex creatur. Anno christi. Dxxxvi. Rege autem defuncto à Belisario artibus Vigilij in exilium pulsus. Anno christi. DXL. die xx Junij Exul obijt.

61. Effigies Vigilij. cum inscriptione: VIGILIVS. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Johanne Consule. Theodoræ Aug: Artibus Sijluerio pulso Ecclesiæ obtruditur. Defuncto Sijluerio legitime eligitur Pontifex. Anno christi. DXL. die. XXVIII. Junij. A. Theodora Augusta Byzantium tractus in Italiam reuersurus in Itinere. Anno christi. DLV. moritur.

62. Effigies. Pelagij. I. cum inscriptione: PELAGIVS. I. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Vicariano. S. R. E. Diaconus. Trium Romanorum Pontificum Agapeti, Sijluerij, Vigilij Apocrisiarius. Totilam Gothorum Regem vrbi excidium minantem mitigauit, ob quod Romæ

gratissimus. Mortuo Vigilio surrogatur. Anno Christi. DLX. die. xv. Aprilis. Corpus Sancti Stephani Protomartyris constantinopoli Romam Transtulit. Exstruere cœpit Basilicam S. Philippi et Jacobj. Anno Christi. DLIX. die. II. Martij obijt.

63. Effigies Johannis. III. cum Inscriptione: IOHANNES. II PONTIF. MAX. A TERGO. Natus Romæ, Patre Anastasio Viro illustri. Sedi Romanæ imponitur. Anno Christi DLIX. die. XXI. Julij. cum Narsetis Instinctu Longobardi Italiam vastarent, ipse Cœmeteria S.S. Martijrum Restauravit et Basilicam S.S. Philippi et Jacobj à Pelagio inchoatam absolvit. Anno Christi. DLXXII. die. XIII. Julij obijt.

64. Effigies Benedicti. I. cum Inscriptione. Benedictus. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Bonifacio Anno Christi. DLXXIII. die. XVI. Maij. Johanni Successit cum bello, fame, Peste vrbs et vniuersa Italia miserè affligerentur, Pontifici non nisi vota et preces Supererant. Quibus tandem Anno christi. DLXXVII. die. XXX Julij Immoritur.

65. Effigies Pelagij. II. cum Inscriptione: PELAGIVS. II PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Winigildo Inconsueto Imperatore, quod Longobardi vrbi immine rent Pontifex à clero creatur. Anno Christi. DLXXVII. die. II. Novembris. Eius authoritate concilium Toletanu III. celebratum. Basilicam B. Laurentij à fundamento construxit, tandem Anno Christi. DXC. die. VII Februarij luce Inguinaria tum grassante perijt.

66. Effigies. S. Gregorij. M. cum Inscriptione. S. GRE gorius. M. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ,

patre Gordiano. matre Syluia; Bonis litteris Innutritus. munere Apocrisarij functus Pontifex Eligitur. Anno christi. DXC. die. III. Septembris. Generales litanias et processiones publicas instituit. Hoc Pontifice Anni ab Incarnatione christi numerari caperunt. Anno Christi. DCIV. die. XII. Martij obijt.

Effigies Sabiniani. cum Inscriptione: SABINIANVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Volaterræ. Parentibus Obscuris. Anno christi. DCIV. die. I. Septembris. Gregorio surrogatur. campanarum Vsum Inuenit. Horas Canonicas distinxit. Accensas lampades in Ecclesia B. Petri continuo retineri Jussit. Gregorio magno infensus fuisse dicitur. Anno Christi. DCV. die. XIX. Februarij. Obijt.

Effigies Bonifacij. III. cum Inscriptione: BONIFACIVS. III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Johanne. Apocrisarius Gregorij. Ab Imperatore Phoca Pontificatum obtinuit. Anno Christi. DCVI. die. XV. Februarij. Ab Eode Imperatore Titulum impetrauit Œcumenici Episcopi. Synodo Romæ coacta constituit, vt non prius de Successore Pontificis ageretur, quam post Triduum Sepulti. Anno Christi. DCVI. die. XII. Nouembris obijt.

Effigies Bonifacij IV. cum Inscriptione: BONIFACIVS. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Valeriæ. Patre Johanne Medico Anno Christi. DCVII. die. XVIII. Septembris. Bonifacio III. successit. Ab Imperatore Phoca petijt et impetrauit Nobile illud delubrum, Pantheon dictum, quod Sub titulo B. MARIÆ ad Martyres cultui diuino dedicauit. Anno Christi. DCXIV. die. VIII. Maij obijt.

Effigies S. Deus dedit. cum Inscriptione. S. DEVSDEDIT. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Stephano Subdiacono. Pontifex Creatur. Anno Christi. DCXIV. die XIII. Nouembris. Eo tempore cum Italia Vehementissimo

terra motu concussa, hic Elephantica passione laboraret ipse Pontifex ægrotos visitauit, vnumq̃ ex illis osculo sa-
nauit. Anno Christi. DCXVII. die. VIII. Nouembris Obijt.

71. Effigies. Bonifacij. V. cum Inscriptione: BONIFACIVS. V
PONT. MAX. A TERSO. Natus Neapoli. Patre Fumino. Pon-
tificatum suscæpit. Anno Christi. DCXVII. die. XIV. decembri
statuit ne quis trahatur de Ecclesia. Edualdo Anglorum
Regi ad Christum converso datis literis gratulatur. Cœme-
terium S. Nicodemi perfecit et dedicauit. Anno Christi. DC
XXV. die. XXV. octobris obijt.

72. Effigies Honorij. I. cum Inscriptione: HONORIVS. I.
PONT. MAX. A TERSO. Natione Campanus. Filius Petri
nij consulis. Bonifacio V. successit. Anno Christi. DCXXVI.
die. XIII. Maij. Clerum erudiuit. Basilicas plurimas ex-
auroq̃ & Argento exornauit. Rempublicam Venetam
Christianissimæ Reipublicæ Titulo decorauit. Festum exal-
tationis S. crucis instituit. Anno Christi. DCXXXVIII. die.
XII. octobris obijt.

73. Effigies Seuerini. I. cum Inscriptione: SEVERINVS.
PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Abieno. Pon-
tifex creatur. Anno Christi. DCXXXVIII. sed demum Anno
Insequente A Isacio Exarcha Italiæ confirmatur; qui
interim thesauros Ecclesiæ omnes è Palatio lateranen-
si sustulit, et Byzantium Heraclio Imperatori misit,
qua jactura tam grauiter commotus Pontifex, vt
Anno christi. DCXXXIX. die. II. Augusti moreretur.

74. Effigies. Johannis. IV. cum Inscriptione: JOHANNES.
IV. PONT. MAX. A TERSO. Natione Dalmata. Patre
Venantio natus. Anno Christi. DCXXXIX. die. XXXI.
Decembris. Seuerino Successit. Scotis Sciscitantibus de

tempore celebrand Paschatis, Responsum per litteras
dedit: Hæresin Monotheletarum in concilio Romæ coacto
damnauit. Anno Christi. DCXLI. die. XII. octobris obijt.

75. Effigies Theodori. I. cum Inscriptione. THEODORVS. I.
PONT. MAX. A TERGO. Natus Hierosolijmis. Patre Theo
doro Episcopo. Anno Christi. DCXLI. die. XXV. Novem"
bris pontifex eligitur. Paulum Patriarcham constanti"
nopol: et Pÿrrhum Monotheletas Anathemate ferijt.
ossa Martÿrum. S. Primi et S. Feliciani in Basilicam S. Ste
phani transportauit. Anno christi. DCXLIX. die. XIV"
Maÿ obijt.

76. Effigies S. Martini. M. cum Inscriptione. S. MARTINVS
M. PONT. MAX. A TERGO. Natione Hetruscus. Patre
fabritio natus. Anno Christi. DCXLIX. die. I. Julij. Theo
doro Successit. Sÿnodum ducentorum Episcoporum Romæ"
coegit. Contra Hæreticos Sergium, Pÿrrhum, Cÿrum etc. à
constantio Imperatore mirè vexatus, tandem Chersonæ
exulans. Anno Christi. DCLIV. die. XII. Novembris Mar
tÿr obijt. "

77. Effigies S. Eugenij. I. cum Inscriptione. S. EVGENIVS.
I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Ruffini
ano; Martino surrogatur. Anno Christi. DCLIV. die. XIII.
Novembris. Litteras Petri Episcopi constantinopolitani
Monotheletæ accipere renuit. Caterum ob mansuetudi"
nem et Clementiam mirè laudatus. Anno Christi. DCLV.
die. II. Junij obijt.

78. Effigies S. Vitaliani cum Inscriptione: S. VITALIA
NVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Signiæ in Cam"
pania. Patre Anastasio. Eugenio Successit. Anno chrÿ
sti. DCLV. die. XXXI. Augusti. Organa Pneumatica

primus in Ecclesiam Recepisse perhibetur. Theodorum Episcopum et Hadrianum Abbatem in Angliam missos ad confirmandos Anglos in fide Catholica. Anno Christi DCLXIX. die. XXVII. Januarij Obijt.

79. Effigies S. ADEODATI. cum Inscriptione: S. ADEODATVS PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Iouiano Monacho S. Erasmi in monte Cœlio. Pontifex Eligitur Anno christi. DCLXIX. die. IX. Aprilis. cum ante Electionem suam patrimonium paternum in pauperes contulisset In dignitate constitutus benignus semper in pauperes fuit Basilicam D. Petri via Portuensi restauravit. Anno Christi. DCLXXVI. die. XXVI Junij Obijt.

80. Effigies Doni. cum Inscriptione: DONVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Mauritio. Pontifex Creatur. Anno christi. DCLXXVI. die. I. Novembris. Atrium. B. Petri superius magnis marmoribus strauit. Basilicam B.B. Apostolorum via Ostiensi restauravit. Clerum diuersis ordinibus et honoribus decorauit. Sub eo Ravennatium Ecclesia Ecclesiæ Romanæ se subjecit. Anno christi DCLXXVIII. obijt.

81. Effigies S. Agathonis. cum Inscriptione. S. AGATHO PONT. MAX. A TERGO. Natione Siculus, Patre Romano natus. Anno Christi. DCLXXVIII. Mense Augusto Pontifex creatur. Concilium Romæ in Monotheletas congregauit. Huic Pontifici Pensitatio pecuniæ, quam pro coronatione Pontificis Regibus Soluere cogebantur, remissa est. Anno Christi. DCLXXXII. die. IX. Januarij obijt.

82. Effigies S. Leonis. II. cum inscriptione. S. LEO. II. Pont: MAX. A TERGO. Natione Siculus. Patre Paulo natus. E canonico Regulari. S. R. E. Presbijter

Cardinalis, Inde Papa. Agathoni Successit. Anno Christi. DCLXXXII. die. XV. Augusti. Varia Scripsit metro et Solicta oratione. Hymnos Ecclesiasticos ad meliorem concentum redegit. Ædem S. Bibianæ Romæ exstruxit. Anno christi DCLXXXIV. die. XXVIII. Junij obijt.

83. Effigies S. Benedicti II. cum Inscriptione: S. BENEDICTVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Johanne. Ab Ineunte ætate Ecclesiæ militans Pontifex Eligitur Anno Christi. DCLXXXIV. die. XX. Augusti. Pietate Fidâ et Sanctimoniâ Imperatorem constantinum IV. permouit, vt decerneret quo liberè electus Pontifex non expectato Imperatoris consensu Illico consecrari posset. Anno christi. DCLXXXV. die. VIII. Maij obijt.

84. Effigies Johannis. V. cum Inscriptione: IOANNES. V. PONT. MAX. A TERGO. Natus Antiochiæ in Syria. Cyria ei filius. Anno Christi. DCLXXXV. die. XXII. Julij. Pontifex electus. A Tribus Episcopis, Ostiense, Portuense, Velitermense consecratus est. Ab Imperatore constantino Impetrauit vt Ecclesiæ remitteret Canonem Annuum Patrimonij Siciliæ et Calabriæ. Anno Christi. DCLXXXVI. die. II. Augusti Obijt.

85. Effigies Cononis cum Inscriptione: Conon. Pont. Max. A TERGO. Natus Thrax. Sed In Sicilia educatus. E. Presbytero S. R. E. Pontifex eligitur. Anno Christi. DCLXXXVI. die. XXoctobris. S. Kilianum Monachum Scotum Episcopū ordinauit, et in franconiam misit ad prædicandum Evangelium, qui Herbipolim delatus Gotberto francorum Duce ad christum conuerso ab eius pellice, vita Spoliatus est. Anno Christi. DCLXXXVII. die. XXII. Septembris Obijt.

86. Effigies S. Sergij. cum Inscriptione. S. SERGIVS. PONT.

MAX. A TERGO. Natione Syrus. Patria Antiochenus. Pa
tre Tiberio natus. Anno Christi. DCLXXXVII. die. V. decembris.
Cononi Surrogatur. Cedaullam Saxonum occidentalium Regina
Romæ Baptizauit. Anno Christi. DCLXXXIX. S. Villebrodum
cum XI. alijs monachis in germaniam misit ad prædicandum
Christum. Anno christi. DCCI. die. IX. Septembris Obijt.

87. Effigies. S. Johannis VI. cum Inscriptione. S. IOHANNES
VI. PONT. MAX. A TERGO. Natione græcus. Patre Petronio
natus. Pontifex eligitur. Anno Christi. DCCI. die. XXIX. octobr
Sacellum D. Petri, et Altare sumptuosis columnis exornauit
Templa S. Andreæ et S. Marci restauravit. Pauperes et Ege
nos liberaliter aluit, Captiuos proprijs sumptibus Redemit
Anno Christi. DCCV. die. X. Januarij Obijt.

88. Effigies Johannis. VII. cum Inscriptione: IOHANNES.
VII. PONT. MAX. A TERGO. Græcus Natione. Patre Pla
tone. S. Sedi imponitur Anno Christi. DCCV. die. I. Martij.
Sub hoc Pontifice Boructuarij Gens Alemanna à S. SIVIBO
to ad christum conuersa. Ipse Pontifex cum plurimas Ec
clesias picturis, auro, argento exornasset. Anno christi
DCCVII. die. XVIII. octobris Obijt.

89. Effigies Sisinnij cum Inscriptione: SISINNIVS. PONT.
MAX. A TERGO. Natione Syrus. Patre Johanne natus. Johann
VII. Successit. Anno Christi. DCCVIII. die. XVIII Januarij. Po
dagra ita constrictus, vt cibum sumere non valeret. Pos
quam muros vrbis, variasq Basilicas restaurare medita=
turesset, morte repentina. Anno christi. DCCVIII. die. VII
februarij tollitur.

90. Effigies S. Constantini. I. cum Inscriptione. S. CONSTAN=
TINVS. I. PONT. MAX. A TERGO. È Syria oriundus.
Patre Johanne. vir mitissimus. Anno Christi: DCCVIII. die
VII. Martij Sisinnio Successit. A Justiniano Imperatore
constantinopolin euocatus, maximis honoribus, Summaq

Reuerentia ab Imperatore exceptus est. Imagines Sanctorum in templis retinendas contra Philippicum defendit. Anno Christi. DCCXIV. die. IX. aprilis obijt.

Effigies Gregorij. II. cum Inscriptione. GREGORIVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Patre Marcello. S.R.E. Cardinalis. Diaconus Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. DCCXIV. die. XXI. Maij. Germanorum Dictus Apostolus. S.S. Bonifacium et Corbinianum ad eos convertendos ablegauit. Imagines Sanctorum contra Leonem Iconomachum constanter et strenue defendit. Sicario contra se ab eo emisso à populo vitam est deprecatus. Trementem Regem Longobardum placauit et genuflexum suscepit. Aedes proprias conuertit in templum et Monasterium. Anno Christi. DCCXXXI. die. XI. februarij obijt.

Effigies S. Gregorij. III. cum Inscriptione: S. GREGORIVS. III. PONT. MAX. A TERGO. Syrus. Anno Christi. DCCXXXI. die. XVI. februarij Gregorio. II. Surrogatur. Concilium XCIII. Episcoporum Romae coegit, in quo cultum imaginum asseruit. Car. Martello. franc. Pro Regi clauem S. Sepulchri misit. Regi Galliae Titulum Christianissimi primus contulit. Bonifacium germaniae Apostolum constituit. die. XXVIII. Novembris obijt. DCCXII.

Effigies S. Zachariae. I. cum Inscriptione. S. ZACHARIAS. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Seberonae. Anno Christi. DCCXII. die. I. decembris Pontifex eligitur. S. Bonifacium primum Archiepiscopum Moguntinum constituit, et Episcopatus, quos hic in germania erexit Herbipolin: Erfurt: et friburgensem confirmauit. Chilperico franc: Regi electo Pipinum Regem substituit. Anno Christi. DCCLII. die. XV. Martij. obijt.

Effigies Stephani. II. cum Inscriptione: STEPHANVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romae. Parentibus Ignotis. S.R.E. Presbyter cardinalis Pontifex creatur Anno Christi.

DCCLII. die. XVII. Martij. cum electioni suæ tres non ampl
dies supervixisset, dum familiares res suas disponit repente
obmutuit et die insequente obijt.

95. Effigies Stephani. III. cum Inscriptione. STEPHANVS. II
PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre constantino
Anno Christi. DCCLII. Mense Aprili. Stephano. II. Surro
frir. pauperum Indigentiæ mirum in modum succurrit
Aistulphi Longobardorum Regis Tyrannide permotus i
galliam ad Regem Pipinum recessit, et Parisijs in mon
sterio S. Dionisij commoratus. Tandem Romæ Anno
Christi. DCCLVII. die. XXVI. Aprilis obijt.

96. Effigies S. Pauli. I. cum Inscriptione: S. PAVLVS. I
PONT: MAX. A TERGO. Natus Romæ. Stephani. II
Pontificis frater Germanus. Anno christi. DCCLVII. di
XXVI. Maij. fratri in S. Sede successit. Pietate erga pa
peres illi nihil quicquam concedens. Cultum Imagin
Sanctorum contra constantinum Copronijmum Impe
torem coacta in gallia Synodo defendit. Anno Christi
DCCLXVII. die. XXVIII. Junij obijt.

97. Effigies S. Stephani. IV. cum Inscriptione: S. STE
PHANVS. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natione Sicu
lus. Patre Olivo natus. Presbijter S. Cæciliæ Ponti
fex eligitur. Anno Christi. DCCLXVIII. die. V. Augusti
coacto Romæ concilio acta Constantini Pseudo=papæ
damnauit. Nuptijs Caroli Magni francia Regis
cum Berta Desiderij Longobardorum Regis filia
frustra se opposuit. Anno Christi. DCCLXXII. die.
februarij obijt.

98. Effigies Hadriani. I. Cum Inscriptione: HADRI
ANVS. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patr
theodoro Nobilissimo genere. Anno Christi. DCCLXXI

die. ix. februarij. Stephano successit. Carolum Magnum francorum Regem ab Expeditione contra Desiderium Longobardorum Regem Romam venientem magnifi" cè excepit. Eo Pontifice Telericus Rex Bulgariæ. Theo" phanes Saxoniæ Orientalis Rex. Witichindus Saxoniæ" occidentalis Dux ad Christum conversi. Anno Christi. DCC" XCV. die. XXVI. decembris. Obijt.

99. Effigies Leonis. III. cum Inscriptione: LEO. III. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Pontifex eligitur. Anno Christi. DCC XCV. die. XXVI. decembris. A Paschali et Campulo oculis" et lingua privatus. His diuinitus iterum receptis primus omnium Pontificum ni germaniam venit; Caroli Magni opem Implooraturus quem sibi in auxilium venientem Romæ Augustum salutauit, et Imperatorem Romanum coronauit. Aquisgrani templum Aulicum præsentibus CCCLX. Episcopis consecrauit. SWibertum Verdæ Epis" copum solenni ritu canonizauit. Anno christi. DCCCXVI." die. XII. januarij Obijt.

100. Effigies. S. Stephani. V. cum Inscriptione. S. STEPHA" NVS. V. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Marino. In Aula Pontificia enutritus, à Leone Ponti= fice Subdiaconus, mox Diaconus factus. Anno Christi. DCCCXVI. die. XXIV. Junij Pontifex eligitur. In Galliam profectus à Ludovico Pio Rege Aquitaniæ Reuerenter excipitur. Romam Reuersus, Septimo ab Electione sua mense. Anno Christi. DCCCXVII. die. XXVII. januarij obijt.

101. Effigies. Paschalis. I. cum Inscriptione. PASCHALIS. I. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Bono so. Ab Ineunte ætate studijs Theologiæ deditus. Anno" Christi. DCCCXVII. die. XXVI. februarij. Pontifex eligi= tur. Monasterium apud S. Praxedem ad Recipiendos—

græcos catholicos exstruxit. Ecclesias plurimas partim denuo condidit, partim omni ornamentorum genere ex ornauit. Anno christi DCCCXXIV. die XIV. Maÿ obÿit.

102. Effigies Eugenij. II. cum Inscriptione. EVGENIVS. II. PONT. MAX. ATERSO. Natus Romæ. Patre Boemundo. Archi Presbÿter. S.R.E. Pontifex eligitur. Anno christi. DCCCXXIV. die XIX. Junij. Lotharium Imperatorem Romam venientem honorificè excepit ob munificentiam pauperum Pater Salutabatur. Concilium LXIII. Episcoporum Romæ Coegit. Ecclesiam S. Sabinæ picturis ornauit. Anno Christi. DCCCXXVII. die. X. Augusti obÿit.

103. Effigies Valentini. I. cum Inscriptione: VALENTINVS. I. PONTIF. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Petro. vir magnæ Sanctimoniæ et eruditionis. A Paschali Pontifice primùm Diaconus, mox Archidiaconus factus. Inde anno christi. DCCCXXVII. Die. XI. Augusti Pontifex Maximus creatur. Eugenij. II. Successor. Cum S. Sedem non vltra quadragintà dies obtinuisset; Eodem anno. die. XXI. Septembris obÿit.

Tabella 4.

104. Effigies Gregorij. IV. cum Inscriptione: GREGORIVS IV. PONT. MAX. A. TERSO. Natus Romæ. Patre Johanne. A Paschali Pontifice Subdiaconus et Sacerdos ordinatus. Anno Christi. DCCCXXVII. die. XXIV. Septembris. Valentino Surrogatur. Invitus ac reluctans festum omnium Sanctorum instituisse fertur. Sub hoc Pontifice Corpus S. Marci Evangelistæ Alexandria Ægypti Venetias translatum An-

no christi. DCCCXLIII. obijt.

05. Effigies Sergij. II. cum Inscriptione. SERGIVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Sergio. Ex Archi" Presbijtero Pontifex creatur. Anno christi. DCCCXLIV. die x. februarij. Ludovicum Lotharij filium Romæ in Regem Italiæ coronauit. Basilicam S. Sÿluestri et Martini restauraúit. Cum Saraceni magna irruptione Italiam vastarent Pontifex Anno christi. DCCCXLII. die. XII. Aprilis decessit.

06. Effigies. S. Leonis. IV. cum Inscriptione: S. LEO. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Radoal" do. A Gregorio. IV. Subdiaconus. A Sergio. II. Presbÿ= ter factus. Anno christi. DCCCXLVII. die. XII. aprilis. Pontifex eligitur. Ecclesias à Saracenis exspoliatas di" tauit, et pristino Splendori restituit. Vaticanum contra furorem Saracenorum munijcit. Denarius S. Pe" tri dictus. A Edelwolfo Anglorum Rege tum primum Pontifici Solui cæpit. Anno christi. DCCCLV. die. XV. Julij. obijt.

07. Effigies Benedicti. III. cum Inscriptione: BENE" DICTVS. III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Petro. A Gregorio Subdiaconus. A Leone Presbÿter factus. Anno christi. DCCCLV. die. XVI. Julij. Ponti= fex invitus eligitur. Vir insigni pietate, probitate et eruditione præditus. Basilicas plurimas restituit, Ditauit, exornauit. Si Presbÿter aut Diaconus mo= reretur ordinauit, vt Pontifex cum omnibus Episcopis Sepulturæ interesset. Anno christi. DCCCLVIII. die. XXVI. januarij obijt.

08. Effigies. Nicolai. I. cum Inscriptione. NICOLAVS. I. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Theodoro.

anno christi. DCCCLVIII. die. XXIV. Aprilis. Pont. Max. creatur. Presentcꝫ Ludovico. II. Imperatore coronatur. Johannem Ravennat: ArchiEpiscopum se Suamꝫ Ecclesiam Romanæ sedi submittere coegit. Bulgari et Dalmatæ tum temporis ad christum conversi Anno christi DCCCLXV die. XIII. Novembris obijt.

CIX. Effigies Hadriani. II. cum Inscriptione: HADRIANVS. II. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Talaro. Anno christi. DCCCLXVII. die. XIV. decembris. Pontifex Maximus eligitur. Theutgardum Archiepiscopum Trevirensem à Nicolao Excommunicatum absoluit. Alphredum Angliæ Regem Anno christi DCCCLXXII. coronauit. Cyrillum et Methodium ad prædicandum Evangelium Sclauis misit. Anno christi DCCCLXXII. die. I. Novembris obijt.

CX. Effigies Johannis. VIII. cum Inscriptione. IOHANNES. VIII. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Gundo ex Archidiacono Pontifex Maximus creatur. Anno christi. DCCCLXXII. die. XIV. decembris. Carolum Caluum Regem Galliæ, Ludovicum Balbum, et tandem Carolum Crassum Imperatores Romanos successiuè coronauit. Saracenos Italia abꝫ Sicilia expulit. Anno christi. DCCCLXXXII. die. XV. decembris obijt.

CXI. Effigies Marini. I. cum Inscriptione: MARINVS. I. PONT. MAX. A TERSO. Ex Faliſca Galesiorum colonia oriundus. Filius Palumbi. Anno christi. DCCCLXXXIII. die. XXVIII. decembris Pontif. Maxim. creatur. Trina antea Legatione sub Johanne. VIII. functus. S. Vdalricum Episcopum Augustanum

Romam venientem benignè excepit. Anno christi. DCCCLXXXIV. die. XVIII. Januarij obijt.

CII. Effigies Hadriani III. cum Inscriptione: HADRIA" NVS. III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Benedicto. Anno christi. DCCCLXXXIV. die. XX. Januarij. Marino surrogatur. Photium Patriarcham constantinopolitanum processionem Spiritus Sancti à Filio æquè ac à Patre negantem execratus. Basilij Græcorum Imperatoris odium incurrit, cum Cle" rus populusq de eius Virtute magnam spem haberet. Anno christi. DCCCLXXXV. die XV. Maij obijt.

CIII. Effigies Stephani VI. cum Inscriptione: STEPHA" NVS. VI. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Pa" tre Hadriano. E Presbijtero S. R. E. Anno christi DCCCLXXXV. Pontifex eligitur. Judicium occultum in Aduersarij Reas, seu purgationem, quæ candenti ferro, aut aqua feruenti eo Sæculo fieri solebat christianis interdixit. Hoc Pontifice sedente Russi ad christum conversi. Anno Christi. DCCCXCI. obijt.

CIIII. Effigies Formosi. cum Inscriptione: Formosus Pont. Max. A Tergo. Natus Romæ. Patre Leone. A Nico" lao Pontifice ad Bulgaros missus christum illis præ" dicauit. Ex Episcopo Portuensi Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. DCCCXCI. die. XXX. Maij. Ar" nulphum ex germania evocatum Imperatorem coronauit. Photij Patriarchæ constantinopoli" tani damnationem confirmauit. Ecclesiam S. Petri picturis exornauit. Anno christi. DCCCXCVI. die XIV. decembris obijt.

CV. Effigies Bonifacij. VI. cum Inscriptione: BONIFA"

CIVS. VI. PONT. MAX. A TERGO. Natione Tuscus Hadriani Episcopi ex Legitimo Matrimonio filius Mortuo formoso Pontifex Maximus proclamatur Anno christi. DCCCXCVI. die. XVII. decembris, cum dies solum quindecim pontificiam sedem tenuisset eodem anno Romæ. die. XXX. decembris obijt. Sepultus ad S. Petrum.

ÀÀ6. Effigies Stephani. VII. cum Inscriptione: STEPHANVS. VII. Pontifex Max. A TERGO. Natus Romæ Patre Iohanne. Per Adalbertum Marchionem Tusciæ Pontifex Maximus proclamatur Anno Christi DCCCXCVII. die. VIII. Januarij. Et ob metum Schismatis à tota Ecclesia acceptatur. Electionem formosi Pontificis vitiosam existimans eius acta Rescidit. Eo sedente Basilica Laterana ab altari vsq; ad portas prostrata corruit. Anno Christi. DCCCC Die. XXIV. Martij obijt.

ÀÀ7. Effigies Romani cum Inscriptione: ROMANVS. PONT. MAX. A TERGO. Natus in monte flasconis. Patre constantino Marini Pontificis fratre. Pontificatum obtinuit. Anno Christi. DCCCC. die XXVIII. Martij. Formosi Pontificis electionem legitimam fuisse declarauit, eiusq; acta restituit cum sedisset menses prope quinq;, eodem adhuc no. die. XIX. Augusti obijt.

ÀÀ8. Effigies Theodori. II. cum Inscriptione: THEODORVS. II. PONT. MAX. A TERGO. natus Romæ. Patre Photio Romano Succedit Anno Christi. DCCCC die XX. Augusti. Antecessoris sui vestigia secutus electionem et gesta formosi Pontificis approbauit

actis aduersariorum publicè rejectis cum sedisset
dies XXI. Romæ diè. IX Septembris obijt.

119. Effigies Johannis. IX. cum Inscriptione: IOHAN
NES. IX. PONT. MAX. A TERGO. Natus Tiburi"
Patre Rampoaldo. Ex monacho Benedictino. S.R.E.
cardinalis Diaconus Pontifex Maximus eligitur. Anno
christi. DCCCC. die. X. Septembris. Abrogata Beren
garij coronatione à Sevi extorta Lambertum Co="
ronauit Imperatorem. Invalidauit acta Synodi con"
tra formosum convocati. Anno christi. DCCCCV. die
XXV. Septembris obijt.

120. Effigies Benedicti. IV. cum inscriptione: BENE=
DICTVS. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natione Roma
nus. Filius Mamoli. Ex canonico Regulari Latera="
nensi Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. DCCCCV.
die XXVI. Septembris. Humanitate et Clementiâ animos
sibi devinxit. Ludophicum Arnulphi filium in vatica
na Basilica Imperatorem coronauit. Anno christi"
DCCCCVII. die. XIV. Aprilis obijt.

121. Effigies Leonis. V. cum Inscriptione: LEO. V. PONT.
MAX. A TERGO. Natus in villa Priapi Agri Arde
atini in Latio. Ex monacho Benedictino ob vitæ me"
ritа cardinalis S. R. E. creatus. Benedicto IV. succe"
dit. Anno christi. DCCCCVII. die XV. Maij. Clerum Bo"
noniensem ob damna ab Hungaris illata tributis
et vectigalibus immunem fecit. Postquam Sedit dies
quadraginta abdicare coactus, Paulo post obijt.

122. Effigies Christophori. I. cum Inscriptione: CHRIS
TOPHORVS. I. PONTIF. MAX. A TERGO. Natio="
ne Romanus, Filius Leonis. S. R. E. Presbijter Cardi=

nalis, et Leoni .V. à Secretis. Sedere incœpit in Petri C
thedra. Anno Christi. DCCCCVII. die. III. Julij. Imperat
re Ludovico Augusto: postquam Sedisset menses Septen
A præsidio Adelberti Tusciæ Marchionis captus, paul
post obijt.

123. Effigies Sergij. III. cum Inscriptione: SERGIVS. III
PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Bene
dicto. S. R. E. Presbijter Cardinalis. Post Christoph
rum sedit in Petri Cathedra ab Anno DCCCCVIII. di
XXV. decembris. Basilicam Lateranensem, quæ Sti
Stephano. VII. terræ motu concussa corruerat, rursu
restituit. Bremensem Ecclesiam à Coloniensi exem
Anno Christi. DCCCCX. die. IX. Aprilis obijt.

124. Effigies Anastasij. III. cum Inscriptione: ANASTA
SIVS. III. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Pa
tre Luciano. Pontifex creatur. Anno Christi. DCCCCX.
vir Singularis modestiæ, vitæq; integritatis. Papiensem
Ecclesiam multis ac magnis priuilegijs donauit. Cum de
non amplius annos sedisset, mensesq; duos. Anno Chris
DCCCCXII. obijt.

125. Effigies Landonis. I. cum Inscriptione: LANDO. I
PONT. MAX. A TERSO. Patria Sabinus. Filius Tran
Anno Christi. DCCCCXII. Pontifex Maximus creatur.
Berengarium Italiæ Regem coronasse Dicitur. Eiq; et
Rudolpho Burgundo persuasisse, vt armis mutuo
abstinerent. Cum mensibus tantum quatuor Sedem
tenuisset, Decessit.

126. Effigies Johannis. X. cum Inscriptione: IOHAN
NES. X. PONT. MAX. A TERSO. Natus Rauenn

Patre Johanne. Ex Episcopo Rauenat: Pontifex Maximus eligitur. Anno christi. DCCCCXII. Saracenos Campaniam et Apuliam vastantes ope Græcorum Spoletinorum Italia expulit. Berengarium Italiæ regem in Imperatorem coronauit. Ipse Pontifex artibus Marozia Captus et Suffocatus. Anno christi. DCCCCXXVIII. periit.

127. Effigies Leonis VI. cum Inscriptione: LEO. VI. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre christophoro ex familia gemina. Johanni X. successit. Anno christi DCCCCXXVIII. Moribus Integris et modestis rei diuinæ et populorum paci consulens. Barbaros à Ceruicibus Italiæ propulsare conatus. Post sex menses et dies quindecim pontificatus sui in carcerem detrusus obijt.

128. Effigies Stephani. VIII. cum Inscriptione: STEPHANVS. VIII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Theudemundo per legitimam electionem Leoni successit. Anno christi. DCCCCXXIX. Vir Insigni mansuetudine et religione præditus. Cum sedisset annos duos, mensem vnum dies quindecim non sine suspicione veneni artibus Marozie ei propinati obijt.

129. Effigies Johannis XI. cum Inscriptione: IOHANNES. XI. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Sergio. Matre Marozia. Romanæ Sedi imponitur Anno christi. DCCCCXXXI. Duos annos in Sede occupata pacificè absoluit, deinde à fratre Alberico in carcerem conjectus. Sexto pontificatus sui anno obijt.

130. Effigies Leonis VII. cum Inscriptione: LEO. VII. PONT. MAX. A TERGO. Patria Romanus. Parentibus ignotis. Pontifex Maximus eligitur: Anno christi. DCCCCXXXVI. Odonem Abbatem Cluniacensem Romam vocauit, vt collapsam in vrbe Disci-

plinam Monasticam restitueret, et Sequester pacis esset. Inter Hugonem Italiæ Regem et Albericum Principem. Anno christi. DCCCCXXXIX obÿt.

131. Effigies Stephani IX. cum Inscriptione: STEPHANVS. IX. PONT. MAX. A TERSO. Natione Germanus. Populo et Clero Romano consentiente Pontifex Maximus Eligitur. Anno Christi. DCCCCXXXIX. Animi candore et probitate Insignis. In Seditione Ab Alberico principe Romæ excitata, ita in facie deformatur, ut abstinuerit deinceps publico hominum congressu. Anno christi. DCCCCXLIII. obÿt.

132. Effigies Marini. II. cum Inscriptione: MARINVS. II. PONT. MAX. A TERSO. Natione Romanus Anno Christi. DCCCCXLIII. Pontifex Maximus Eligitur. Pronior in Religionem quam in Bella. Othoni Imperatori et Lothario Hugonis Filio pacem suasit. Cleri reformationi, Ecclesiarum restaurationi curæ pauperum Vacans. Anno christi. DCCCCXLVI. obÿt.

133. Effigies. Agapeti. II. cum Inscriptione: AGAPETVS. II. PONT. MAX. A TERSO. Natione Romanus. Pontifex Maximus Eligitur Anno christi. DCCCCXLVI. die. XVIII. Maÿ. Othonem Germaniæ Imperatorem in Italiam vocauit, vt Tyrannidem Berengarÿ Reprimeret. Sub hoc Pontifice Haroldus Rex Daniæ cum sua gente fidem Christianam amplexus est. Ipse Pontifex Anno christi. DCCCCLV. die. XXVII. decembris obÿt.

134. Effigies Johannis. XII. cum Inscriptione: IOHANNES. XII. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ, Patre Alberico Patricio Romano, antea Octauianus dictus, Romanæ Sedi imponitur Anno christi.

DCCCCLV. Othonem Germaniæ Imperatorem per
legatos iterum in Italiam vocauit contra Tyrannidem
longobardorum. Ipse Pontifex coacta ab Imperatore
Synodo Romæ deponitur injustè fugato at Emulo.
Anno christi. DCCCCLXIV. moritur.

135. Effigies Benedicti. V. cum Inscriptione: BENE=
DICTVS. V. PONT. MAX. A TERGO. Natione Ro"
manus. Romanæ Ecclesiæ Diaconus. Mortuo Jo"
hanni substituitur, Anno Christi. DCCCCLXIV. die
XIV. Maij. à Populo et Plebe Romano. cum Impe
rator Otho et Concilium Leonem Antipapam deg"
finassent. Itaq; Imperator Romam Reuersus Cap=
tum Benedictum Hamburgum Relegauit; vbi
Anno christi. DCCCCLXV. die. XI. Julij Obijt.

136. Effigies Johannis XIII. cum Inscriptione: IOHAN
NES. XIII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ"
Patre Johanne. Episcopus Narniensis. Anno Chris=
ti. DCCCCLXV. Pontifex Maximus creatur. A Petro
vero vrbis præfecto et Coss: Romanis per XI men"
ses captiuatus Ab Imperatore Othone liberatur."
Othonem Secundum Diademate Imperiali orna"
uit. Sub hoc pontifice Poloni ad christum conver
si. Ipse Pontifex Anno christi. DCCCCLXXII. die"
XIII. Septembris Obijt.

137. Effigies Doni. II. cum Inscriptione: DONVS. II.
PONT. MAX. A TERGO. Natione Romanus. Ge
nere obscurus. Vita probus. Presbijter Cardina"
lis Anno christi. DCCCCLXXII. die. XX. Septem"
bris Pontifex Maximus Eligitur. A Seditione

alienus tempora Sua quiete transiuit, Anno Christi et Pontificatus Sui nondum expleto die XIX decembris obijt.

138. Effigies Benedicti. VI. cum Inscriptione: BENEDICTVS. VI. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Hildebrando. Pontifex Max. eligitur. Anno Christi. DCCCCLXXII. die. XX. decembris. Pilgrinum Archiepiscopum laureacensem et Pataviensem constituit, vt præesset Vngaris et Morauis fridericum Archiepiscopum Salisburgensem Vicarium Apostolicum fecit. Per Noricum Burchardum Episcopum Herbipolensem Albo Sanctorum adscripsit. A Cynthio præpotente et Seditioso Ciue Romano comprehensus in Mole Hadriana Strangulatus est. Anno Christi. DCCCCLXXIV.

Tabella. 5ª.

139. Effigies Benedicti VII. cum Inscriptione: BENEDICTVS VII. PONT. MAX. A TERSO. Natus Roma. E familia Tusculanorum. Alberici Cos. Propinquus. Ex Episcopo Sutrino Pontifex Max. eligitur. Anno Christi. DCCCCLXXV. Concilium Romæ Habuit in Causa Giseleri, quem otho II. Imperator ab Episcopatu Merseburgico ad Magdeburgensem promouerat. Anno Christi. DCCCCLXXXIV. die. X. Julij obijt.

140. Effigies Johannis. XIV. cum Inscriptione: IOHANNES. XIV. PONT. MAX. A TERSO. Natione Longobardus. Patria Papiensis. Ante Electionem suam Petrus Dictus. E. Papiensi Episcopo et Othonis Imperatoris Archicancellario Pontifex Maximus

Eligitur Anno christi. DCCCCLXXXIV. Sed mox A Bo=
nifacio Antipapa in carcerem detrusus, Ibidem anno
christi. DCCCCLXXXV. die. XX. Augusti Perijt.

141. Effigies Johannis. XV. cum Inscriptione: IOHAN=
NES. XV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ.
Patre Leone. Pontifex Maximus eligitur. Anno christi.
DCCCCLXXXV. in Decembri. Pacem conciliauit inter
Regem Angliæ et Ducem Northmannorum. Celebra=
uit concilium Romanum, in quo ad preces Bohemorũ
Adalbertum Pragensem Episcopum ad Ecclesiam Suam
redire fussit. Vdalricum Episcopum Augustanum
inter Sanctos retulit. Anno christi. DCCCCXCVI. die.
VII. Maÿ. obijt.

142. Effigies Johannis. XVI. cum Inscriptione: IOHAN
NES. XVI. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ.
Patre Roberto. Pontifex Maximus eligitur. Anno christi.
DCCCCXCVI. die. XVI. Maÿ. In Scientijs omnibus Exer=
citatissimus. Ad Euitandam Infestationem Crescentij
consulis Romani Secessit in Tusciam. Inde à Romanis
ob metum Ottonis. III. in Sanctæ Sedis auxilium è ger
mania evocati Honorificé in vrbem reductus atqué
Ibi Inita concordia cum poenitente Crescentio eodem
anno adhuc die. XXV. Augusti obijt.

143. Effigies Gregorij. V. cum Inscriptione: GREGORIVS.
V. PONT. MAX. A TERGO. Natione Germanus Otho
nis. III. Imperatoris Nepos. Filius Othonis Ducis. An=
te Pontificatum Bruno Dictus. Pontifex Maximus eli=
gitur. Anno Christi. DCCCCXCVI. die. XI. Junÿ. A Cres=
centio et Johanne Pseudopapa Roma pulsus. Mox
ab Othone Imperatore Restitutus. Ipsum Othonem. III.
Roma coronauit. Anno christi. DCCCCXCIX. die. XX.

Aprilis obijt.

144. Effigies Syluestri .II. cum Inscriptione: SYLVESTER II. PONT. MAX. A TERGO. Natione Germanus. Gerbertus Nomine. Monachus Auriacensis. Othonis. III. et Roberti Regis Praceptor. Philosophus Eximius. Ex Episcopo Ravennat: Pontifex Maximus Eligitur. Anno christi. DCCCCXCIX. Stephano Hungarorum Duci Regium Diadema misit. Anno Christi. MIII. die. XII. Maij. obijt.

145. Effigies Johannis .XVII. cum Inscriptione: IOHANNES. XVII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ E Nobili familia Siccorum. Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. MIII. die. VII. Junij. Legatum misit ad Magdeburgenses, qui Tagmonem consecraret in Archiepiscopum. Multa perficere cogitauit digna Pontifice Romano, sed morte preventus postquam sedisset menses Tres, dies Viginti Tres, vltima octobris obijt.

146. Effigies Johannis XVIII. cum Inscriptione: IOHANNES. XVIII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Fasanus antea Dictus. Pontifex Maximus eligitur. Anno christi. MIII. die. XX. Novembris. Senis in Hetruria nouum Episcopatum erexit. Ecclesiam Constantinopolitanam cum Romana feliciter conciliauit. Fundatum A Henrico Imperatore Episcopatum Bambergensem confirmauit. Elphego Cantuariensi Archiepiscopo, postea Martyrio coronato Pallium contulit. Anno christi. MIX. die. XVIII. Julij obijt.

147. Effigies Sergij. IV. cum Inscriptione: SERGIVS. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Martino.

Ante Pontificatum Buccaporci dictus; Ex Episcopo Albanensi Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. MIX. die XXXI. Augusti. Vitæ sanctitate, Beneficentia in pauperes, Clementia in Delinquentes celebratissimus. Ejus consilio Italiæ principes adversus Saracenos Siciliam tenentes Classicum cecinere. Anno christi. MXIII. obijt.

48. Effigies Benedicti. VIII. cum Inscriptione. BENEDICTVS. VIII. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Gregorio. E Comitibus Tusculanis Sergio Successit. Anno Christi. MXIII. Mox Gregorio Bibliothecario Grassante in Germaniam confugit ad Regem Henricum à quo Romam reductus; Ipsum Henricum Imperatorem ibidem coronauit. Anno christi. MXXIV. die. XXVII. februarij Obijt.

49. Effigies Johannis. XIX. cum Inscriptione: IOHANNES XIX. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Filius Gregorij Comitis Tusculani. Prædecessoris sui Benedicti. VIII. Germanus frater. Romanam Cathedram conscendit Anno Christi. MXXIV. Ad preces Sancij Maioris Navarræ et Castellæ Regis Monachis Leirensibus priuilegium concessit creandi Episcopum Pampilonensem. In Basilica Vaticana coronauit Imperatorem Conradum II. à quo Deinsedi sua vnde per vim expulsus, Iterum restitutus est. Anno christi. MXXXIII. die. VIII. Novembris obijt.

50. Effigies Benedicti. IX. cum Inscriptione: BENEDICTVS. IX. PONT. MAX. ATERGO. Natus Romæ. Patre Alberico Comite Tusculano. Fratre duorum Pontificum Benedicti. VIII. et Johannis. XIX. Intrusus Primitus in S. Sedem Anno christi. MXXXIII. die. VIII. Novembris. Deintamen ab Ecclesia Receptus. Simeonem Anachoretam Sanctis adscripsit. Casimirum Monachum Diaconum Polonis Regem concessit. Ob illaudabilem

vitam suam se à Romanis Despici videns suasu Joannis
Archipresbiteri. Anno Christi. MXLV. Pontificatu cessit.
Sæpius cum repetere frustra conatus.

151. Effigies Gregorij. VI. cum Inscriptione: GREGORIVS
VI. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Petro
Leone: Persuasit Benedicto. IX. Vt accepta pensione
annua Sponte abdicaret se. Hinc liberator Ecclesiæ
dictus. Pontifex Maximus Eligitur. Anno Christi. MXLV
die. XXVIII. Aprilis. Romam A Prædonibus ferro et Igne
purgauit. Ob quod tamen multis invisus in Concilio Su
triensi coram Imperatore Henrico. III. Simoniæ falsæ
delatus, vt vel suspicione tanti mali primam Sedem
liberaret Sponte se abdicauit. Anno Christi. MXLVI.
die. XVII. decembris.

152. Effigies Clementis. II. cum Inscriptione: CLEMENS
II. PONT. MAX. A TERSO. Saxo Germanus. Henrici
III. Cancellarius, Mox Episcopus Bambergensis, Tandem
Invitus Pontifex Maximus creatus. Anno Christi. MXLV.
die. XXII. decembris. Henricum III. et Agnetem Romæ
coronat. Concilium Romæ Habet, in quo Simoniacos
coercet, veneno Sublatus Anno Christi. MXLVII. die
XV. Septembris Obijt.

153. Effigies Damasi. II. cum Inscriptione: DAMASVS
II. PONT. MAX. A TERSO. Natione Bauarus. An
te Pontificatum Stephanus Bagniarius, aut Verius,
Popo dictus. Episcopus Brixiensis. Anno Christi. MXLVII
consentiente Henrico. III. Imperatore Pontifex Maxi-
mus eligitur. Quoniam vero Viginti tres non am-
plius dies pontificatum tenuit, nihil memorabile
gessit.

54. Effigies S. Leonis. IX. cum Inscriptione: S. LEO. IX. PONT. MAX. A TERGO. Germanus. Filius Comitis Hugonis de Daxberg. Tullensis prius Episcopus à S. Collegio electus Pontifex maximus. Anno christi. MXLIX. die. XIII. februarij. Moguntiæ interfuit Concilio coram Imperatore Henrico habito. Norimbergam proficiscens ostensum sibi procul novum Sacellum solo Signo Crucis consecravit, Religiosos Sacros Ritus Angeli Supplevêre. Obijt Anno Christi. MLIV. die. XIX. Aprilis.

55. Effigies Victoris. II. cum Inscriptione: VICTOR. II. PONT. MAX. A TERGO. Sicenus. Filius Arduigi Comitis à Calb. Dum Imperatorem Henricum III. Cardinales enixè rogasseint, ut Romam Denuo Germanum mittat qui Leoni IX. posset Succedere, Coacta ab Imperatore Moguntiæ Concilio Unus hic ab omnibus destinatus est, et mox ab ipsis Cardinalibus electus, Sextus è Germanis Pontifex Maximus Anno Christi. MLV. die. XVIII. Aprilis. Huic adhuc Episcopo Alstadij S. Bardo ArchiEpiscopus Moguntinus pontificatum prædixerat. A porrecto in S. Calice Veneno mirifice fuit præseruatus. Henrico III. in morte adfuit. Anno christi. MLVII. die. XXVIII. Julij Obijt.

56. Effigies S. Stephani. X. cum Inscriptione: S. STEPHANVS. X. PONT. MAX. A TERGO. Natione Gallus. Regio francorum genere Ortus. Dux Lotharingiæ ante electionem fridericus dictus. E Cancellario Sedis Apostolicæ Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. MLVII. die. II. Augusti. Veterem Cleri Disciplinam Instauravit. Northmannos Italiâ pellere tentavit.

Anno christi. MLVIII. die. XXIX. Martij. florentiæ obijt.

157. Effigies Nicolai. II. cum Inscriptione: NICOLAVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natione Allabrox. Ante Electionem Gerhardus dictus. Ex Episcopo floventino Pontifex Maximus Eligitur. Anno christi. MLVIII. Northmannos in gratiam recepit. Clericos incontinentes correxit. Vita modestus. In pauperes benignus. Anno Christi. MLXI. florentiæ obijt.

158. Effigies S. Alexandri. II. cum Inscriptione: S. ALEXANDER. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Mediolani ex Illustri familia Badagiorum. Ante Electionem Anshelmus dictus. Ex Episcopo Lucensi. Anno Christi. MLXI. mense Junio Pontifex Maximus eligitur. Multa passus A Cadaloo Antipapa, Nihilominus Ecclesiæ pie ac intrepide præfuit, donec Anno Christi. MLXXIII. die. XXII. Aprilis moreretur.

159. Effigies Gregorij. VII. cum Inscriptione: GREGORIVS VII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Saonæ. Patre Bonicio. Ante Electionem Hildebrandus dictus. Statura Pusillus. Ingenio vehemens. Alexandri. II. Cancellarius Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. MLXXIII. die XXIII. Aprilis. Saxones Tumultuantes Henrico Regi conciliat, post ipsum Henricum Excommunicat. Anno Christi. MLXXXV. die. XXV. Maij. obijt.

160. Effigies Victoris. III. cum Inscriptione: VICTOR. III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Beneventi. Patre Vrsis huius principe. Relicta Sponsa Virgine clam in Eremum fugit, Monachus Dein, et Abbas Cassini. Pontifex Maximus Invitus eligitur, nec nisi post longas preces et Annuam moram se consecrari passus.

Anno Christi. MLXXXVII. die. XVIII. Maij. Sanctitate vita et miraculis Clarus. Eodem adhuc anno die. XIV. Septembris obijt.

161. Effigies Vrbani. II. cum Inscriptione: VRBANVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natione Gallus. Ex Patre Milone Castellionis Domino. Ostiensis Episcopus. Pontifex eligitur Anno christi. MLXXXVIII. die. XII. Martij. Placatis Æmulis in concilio claramontano ad Redimendū S. Sepulchrum Expeditionem persuasit in terram sanctā qua capta Hierosolyma plenus meritis Anno christi. MXCIX. die. XXIX. Julij obijt.

162. Effigies Paschalis. II. cum Inscriptione: PASCHALIS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Bleda in Tuscia. Patre Crescentio. Pontifex Maximus Eligitur. Anno Christi. MXCIX. die. XII. Augusti. Gilberti Antipapæ ossa in odium Schismatis vefodit, Cineres Sparsit in Aerem. Multa passus Ab Henrico. V. Imperatore. Biennio post mortem Mathildis de Ecclesia optime meritæ Anno Christi. MCXVIII. die. XVIII. Januarij Obijt.

163. Effigies Gelasij. II. cum Inscriptione: GELASIVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natus Cajetæ. Patre Crescentio. Pontifex Creatur. Anno Christi. MCXVIII. die. XXV. Januarij. Quo ipso die A Cincio frangipane alium Pontificem volente per Gulam arreptus, Calcibus obtritus, eius furori ægrè subductus à Civibus Romanis ob metum Henriei. V. in Gallias fugiens, Cluniaci Anno Christi. MCXIX. die. XXX. Januar. Obijt.

164. Effigies Callisti. II. cum Inscriptione: CALLISTVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natione francus. filius Guilielmi Magni Burgundiæ Comitis. Omnium suffra-

gijs Electus Pontifex coronatur. Anno Christi. MCXI
die. XIV. octobris. Sub eo pax coaluit cum Henrico. V
Imperatore Renuntiante Investituræ per Annulum et
virgam, ac liberam electionem et consecrationem Eccles
concedente. Anno christi. MCXXIV. die. XIX. decemb
obijt.

165. Effigies Honorij. II. cum Inscriptione: HONORIV
II. PONT. MAX. A TERGO. Patria Bononiensis.
Episcopus Ostiensis contra Theobaldum Cardinalem S
Anastasiæ ab Aliquibus Pontifex acclamatur. Ann
Christi. MCXXIV. die. XXVIII. decembris. Theobald
vetro cedente Honorius electionem hanc minus can
nicam agnoscens, convocatis cardinalibus insignia
sponte deponit; Hoc moti omnes Patres eum denuò
elegerunt. viv Doctissimus. Anno Christi. MCXX
die. XVI. februarij Obijt.

166. Effigies Innocentij. II. cum Inscriptione: INNO=
CENTIVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Romanus
Ex familia Papareſca. Honorio. II. succedit. Ann
Christi. MCXXX. die. XIV. februarij. Contra illum
electus sub Anacleti Nomine Petrus Leonis. tho
templa deprædante Roma clam discedit in Gallia
fide coronato Ludovico Redux à Lothario Imper
tore in Lateranum deductus, ei fratri coronam impo
suit. In Concilio excommunicauit eos, qui violentas
manus in Clericum injecerent. Anno christi. MCXLI
die. XXIV. Septembris Obijt.

167. Effigies Cælestini. II. cum Inscriptione: COELES=
TINVS. II. PONT. MAX. A TERGO. Natione Tus
cus. E Castro felicitatis à Callisto. II. Scriptor Apost
licus. Ab Honorio. II. cardinalis Diaconus; omnium

cardinalium suffragijs Pontifex Maximus Eligitur. Anno
christi. MCXLIII. die. XXVI. septembris. Populo Roma
no excluso licet ab Electione minime reclamante ex"
peste qua tota Italia grassabatur. Anno christi. MCXLIV
die. VIII. Martij obijt.

68. Effigies Lucij. II. cum inscriptione: LVCIVS. II.
PONT. MAX. A TERGO. Natus Bononiæ. Patre
Visco. Cardinalis S. crucis et Romanæ Ecclesiæ Biblio
thecarius Pontifex Maximus creatur. Anno christi. MCXLIV"
die. IX. Martij. Sub hoc Alphonsus Portugallus Voluntario
censu Ducatum suum subjecit Ecclesiæ. Rebellis populus
Romanus nova forma senatus Instituta ad se traxit omnia
Regalia solis Sacris et Decimis Pontifici relictis. Edessa
à Turcis capta. Anno christi. MCXLV. die. XXV. februarij.
obijt.

69. Effigies Eugenij. III. cum inscriptione: EVGENIVS
III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Pisis in clarævalle.
S. Bernardi Discipulus. Mox Abbas S. Vincentij. A Cardi=
nalatu eligitur Pontifex. Anno christi. MCXLV. die XXV.
februarij. Populus Romanus Infestum passus bis ex urbe
se subduxit. Conradum Imperatorem et Ludovicum
Regem in subsidium terræ sanctæ cruce munivit. Henri
cum Juniorem Aug. S. S. fastis adscripsit. Ad Norwe"
gos misit Apostolos Anno christi. MCLIII. die. VIII."
Julij obijt.

170. Effigies. Anastasij. IV. cum inscriptione: ANASTA=
SIVS. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre
Benedicto. Canonicus Regularis. Episcopus Cardina
lis Sabinensis. Ab Innocentio in gallias fugiente"
Vicarius Urbi relictus. A. S. Collegio Pontifex Maximus
electus. Anno christi. MCLIII. die. IX. Julij. Constru=

xit Palatium apud S. Mariam Rotundam. Mirifice li-
beralis fuit erga pauperes et pacis studiosus. Anno-
christi. MCLIV. die. 11. decembris Obijt.

172. Effigies. Hadriani. IV. cum Inscriptione: HADRIA
NVS. IV. PONT. MAX. A TERSO, Natione Anglus.
Ab Eugenio. III. Episcopus Albanensis. A Cardinalibus
Pontifex creatur. Anno Christi. MCLIV. die. III. De-
cembris. Fridericum Enobarbum in conspectu exerci-
tus stratoris munere prius functum Romæ Impera-
torem coronauit. Hostem Dei Irrnmum expertus.
Arnoldum de Brixia Impium Hæresiarcham comburi
jussit. Anagniæ ex Angina. Anno Christi. MCLIX.
die. I. Septembris Obijt.

173. Effigies Alexandri. III. cum Inscriptione: ALEXAN
DER. III. PONT. MAX. A TERSO. Natus Senis. Patre
Reinutio. Pontifex Maximus creatur. Anno christi
MCLIX. die. V. Septembris. Victorem, Paschalem,
Callixtum contra se intrusos Antipapas Supervixit,
et devicit. Fridericum. I. Imperatorem eorum fauto-
rem hostem suum Acerrimum Venetijs nactus Supplicem
ad concordiam Ecclesiæ revocauit. In concilio Romano
sanxit, vt verus Pontifex non haberetur nisi minime
duas tertias suffragiorum partes tulisset. Anno Christi
MCLXXXI. die. XX. Septembris Obijt.

173. Effigies Lucij. III. cum Inscriptione: LVCIVS. III.
PONT. MAX. A TERSO. Natus Lucæ. Bonagiunta
Morli filius. Cardinalis Episcopus Ostiensis. Anno Christi.
Tabella 6. MCLXXXI. die. XXIX. Martij. Juxta Statuta Alexandri
III. Primus in conclaui electus Pontifex. Friderico Æno-
barbo petenti, vt filium coronaret Imperatorem, id nega-
uit dicens: non posse eodem tempore duos Imperatores

Maronitas in Gremium Ecclesiæ recepit. Corpus S. Floriani manu extenta ad patentis in Poloniam misit. Anno christi. MCLXXXV. die. XXV. Septembris Obijt.

17A. Effigies Vrbani. III. cum Inscriptione: VRBANVS. III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Mediolani. Patre Johanne. E stirpe Cribella. Ab Alexandro. III. Cardinalis. A Lucio. III. Archiepiscopus Mediolanensis. A S. Collegio Pontifex Maximus creatus. Anno christi. MCLXXXV. die XXV. Nouembris. Fridericum. I. Imperatorem Juribus Ecclesiæ infestum nactus, dum Orienti festinat succurrere Hierosolymam à Saladino Jam Captam intelligens. Ferrariæ præ mœrore. Anno christi. MCLXXXVII. die. XIX. octobris. Obijt.

176. Effigies Gregorij. VIII. cum Inscriptione: GREGORIVS. VIII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Beneventi. Patre Serforio. à Mora. Cardinalis laureatensis et S. R. E. Cancellarius. Ferrariæ Pontifex Maximus eligitur. Anno christi. MCLXXXVII. die. XXI. octobris. Litteris excitat Reges ac Principes Europæ ad Hierosolijmam recuperandam. Pisas profectus, Vt Pisanos ac Genuenses dissidentes reconciliaret ac junctis viribus in orientem impelleret. Bimestri nondum exacto. die. XVI. decembris obijt.

176. Effigies Clementis. III. cum Inscriptione: CLEMENS III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romæ. Patre Johanne. Ex familia Regionis Pineæ. Cardinalis Episcopus Prænestinus. Pisis Pontifex Maximus eligitur. Anno christi. MCLXXXVIII. die. XIII. Januarij. Pace facta cum Romanis Jam XL Annos dissidentibus, totus bello Sacro intentus, totam propè Galliam et Angliam cruce muni=

uit. Friderico. i. Imperatore cum Centum quinquaginta Millibus Germanorum Palæstinam adeunte et in plena Victoriarum cursu aquis hausto Clemens Anno Christi. MCXCI. die. II. Aprilis Romæ Obijt.

177. Effigies Cælestini. III. cum Inscriptione: COELESTINVS III. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Petri de Bubonibus filius. Jam Sexaginta quinque annis Cardinalis Pontifex Maximus creatur. Anno Christi. MCXCI. die. V. Aprilis. Henricum VI. Imperatorem coronauit, abeo Injuste detentum Richardum Angliæ Regem E Palæstina reducem Matri et Regno Restituit. Ordinem Equestrem Teutonicorum confirmauit. Johannem Gualbertum et Vbaldum Eugubertum Episcopum S.S. fastis adscripsit. Anno Christi. MCXCVIII. die. VIII. Januarij. Obijt.

178. Effigies Innocentij. III. cum Inscriptione: INNOCENTIVS. III. PONT. MAX. A TERSO. Natus Anagniæ. Patre Trasimundo. è Comitibus Signiæ. Canonicus Regularis Lateranensis. Cardinalis S.S. Sergij et Bachi. à S. Collegio eligitur Pontifex Maximus Anno Christi. MCXCVIII. die. VIII. Januarij. Coronauit Othonem Juniorem Imperatorem suum mox hostem futurum, Duce Simone Montfortio profligauit Albigenses. Confirmauit Ordinem S. Trinitatis de Redemptione captiuorum. Concilio Generali IV. in Lateranо celebrato. Anno Christi. MCCXVI. die XVI Julij Obijt.

179. Effigies Honorij. III. cum Inscriptione: HONORIVS. III. PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. Patre Haimerico Sabello. Pontifex Maximus Eligitur Perusij. Anno christi. MCCXVI. die. XVIII. Julij. Studiosè promouit Expeditionem Sacram.. Duos Romæ Coronauit Imperatores Petrum. I. Orientis. Fridericum. II. occidentis.

Confirmauit Religiosos ordines S. Dominici et Francis=
ci. Institutus sub eo Ordo S. Mariæ De Mercede. Guili=
elmum Archiepiscopum Bituricensem Sanctis adscripsit.
Anno Christi. MCCXXVII. die. XVIII Martij obijt.

80. Effigies Gregorij. IX. cum Inscriptione: GREGORIVS. IX. PONT. MAX. A TERGO. Natus Anagniæ. Patre Tristenio è Comitibus Signiæ Cardinalis Episcopus Ostiensis Pontifex Maximus eligitur Anno Christi. MCCXXVII. die. XXI. Martij. Infestum passus Fridericum. II. ob concitatos ab eo Romanos. Perusium se contulit ope Raÿmundi de Lennefort. Edi curauit librum. V. Decretalium. Francisceum Assis. Dominicum. Antonium Batav. Elisabetham inter Sanctos retulit. Anno Christi MCCXLI. die. XXII. Augusti obijt.

1qi. Effigies Coelestini. IV. cum Inscriptione: COELESTINVS. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Mediolani ex Nobili familia Castilionea. A Gregorio IX. Episcopus Cardinalis Sabinus. A S. Collegio. Pontifex Eligitur. Anno Christi. MCCXLI. die. XXII. Septembris. Vita et doctrina Insignis. Fridericum. II. Imperatorem auocare conatur ab Oppugnatione Faventiæ. Paucorum dierum Pontifex. Adhuc ante Coronationem eodem anno die octauo octobris obijt.

182. Effigies Innocentij. IV. cum Inscriptione: INNOCENTIVS. IV. PONT: MAX. A TERSO. Natus Genuæ. Patre Hugone Fisco. ex Comitibus Lauiniæ Pontifex Maximus creatur Anno christi. MCCXLIII. die. XXIV. Junij. In concilio Generali Lugdunensi. I. Friderico. II. deposito Galerum rubrum dedit Cardinali. Eo sedente in Syria Captus S. Ludovicus Galliæ Rex. Edmundum Archiepis=

copium Cantuar: Stanislaum Episcopium Cracov: Inter Sanctos retulit. Anno christi. MCCLIV. die. VII. decembris obijt.

183. Effigies Alexandri. IV. cum Inscriptione: ALEXANDER. IV. PONT. MAX. A TERSO. Natus Sessa in Campania. Patre Philippo Comite Signiæ. Episcopus Cardinalis Ostiensis A. S. Collegio Pontifex Maximus creatur Anno christi. MCCLIV. die. XXI. decembris. Doctrina et Sanctitate Insignis. Ezelino Tyranno crudeliſſimo cruce signatos oppositit. Petrum de Nolasco Sanctorum fastis adscripsit. Anno christi. MCCLXI. die. XXV. Maij. obijt.

184. Effigies Vrbani. IV. cum Inscriptione: VRBANVS IV. PONT. MAX. A TERSO. Natus Trecis. Patre Pantaleone Sutore Vetcramentario. Patriarcha Hierosolym: Pontifex Maximus eligitur. Anno christi MCCLXI. die. XXIX. Augusti. In Manfredum Saracenos evocantem in Ditiones Ecclesiasticas cruce Signatos Immittit. Festum Corporis christi Instituit. Ordinem Coelestinorum confirmauit. Anno christi MCCLXIV. die. IV. octobris obijt.

185. Effigies Clementis. IV. cum Inscriptione: CLEMENS. IV. PONT. MAX. A TERSO. Narbonensis Ex Vico S. Egidij. Patre Fulcadio Grosso. Episcopus Cardinalis Sabinus ob eximiam Scientiam Lumen Juris Dictus. Absens in Anglia Viterbij Pontifex Maximus eligitur Anno christi. MCCLXV. die IX. februarij. Modestia Morum clarus. liberalis Egenis pauperes. Parcus in Cognatos. S. Hedwigem Ducissam Poloniæ Sanctis adscripsit. Anno christi. MCCLXVIII. die. XXX. decembris obijt.

86. Effigies Gregorij. X. cum Inscriptione: GREGORIVS X. PONT. MAX. A TERGO. Natus Placentiæ E. vice Comitum familia. Archidiaconus Leodien= sis, Absens licet in Syria eligitur Pontifex Maximus Anno christi. MCCLXXI. die. I. Septembris. In Concilio Generali Lugdunensi. II. Terræ S.S. de cernit subsidia. Latinis Græcos reconciliat. " Septemviros Germaniæ Hortatus ad novam electi onem, qua Imperator Designatus Rudolphus. I." Comes Habspurgicus. Anno Christi. MCCLXXVI. die. X Januarij Obijt.

87. Effigies Innocentij. V. cum Inscriptione: INNO= CENTIVS. V. PONT. MAX. A TERGO. Natus Ta rentasiæ. Ex ordine S. Dominici à Gregorio. X. as= sumptus ad purpuram. Eidem Succedit. Anno Chris" ti. MCCLXXVI. die. XXI. Januarij. In Sacris litte" ris doctissimus. Christianos incitauit ad Saracenos" depellendos. Ex Hispania, quinq Mensium Pontifex Eodem anno die XXII Junij obijt.

88. Effigies Hadriani. V. cum Inscriptione: HADRI ANVS. V. PONT. MAX. A TERGO. Natus Genuæ." Patre Theodosio Flisco. Ex Comitibus Laviniæ. A Patruo Sco Innocentio IV. Diaconus Cardinalis S. Hadriani. A S. Collegio Pontifex Maximus creatur. Anno christi. MCCLXXVI. die. XII. Julij. Rudol= phum. I. Imperatorem Romam evocauit ad Co" ronam accipiendam. Nec adhuc coronatus, nec consecratus Anno MCCLXXVI. die. XVIII. Augusti obijt.

89. Effigies Johannis. XXI. cum Inscriptione: IOHAN "

NES. XXI. PONT. MAX. A TERGO. Natus Vlissipon
Patre Juliano. Medicus. et Philosophus. Scriptis clar
A Gregorio. X. creatus cardinalis Tusculanus. Succed
Hadriano. V. Anno christi. MCCLXXVI. die. XIII. Sep
tembris. Studiosos pauperes passim Beneficijs Juvit
et pecunia. Inter Reges Christianos pacem conciliav
it. Ruina Camerae oppressus Anno christi. MCCLX
die. XIX. Martij obijt.

190. Effigies Nicolai. III. cum Inscriptione: NICOLAV
III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romae. Patre J
thaeo Rubeo ex familia Vrsina. Diaconus cardinal
Sancti Nicolai. Pontifex Maximus eligitur. Anno
christi. MCCLXXVII. die. XXV. Novembris. Vir Pi
Inter Sacra Mijsteria Semper lacrijmari Solitus. Exar
chatum Rauennatem flamminiam Æmiliam di
jam Ecclesiae ereptas à Rudolpho. I. recepit. Eo S
dente Magnus Cham Tartarorum christi fidem a
plexus. Anno christi. MCCLXXX. die. XXI. Junij Obijt

191. Effigies Martini. IV. cum Inscriptione: MARTINV
IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Brie in agro
Turonensi. A Vrbano. IV. creatus Presbijter Card
nalis S. Caeciliae. Pluribus legationibus functus. Invi
tus eligitur Pontifex Maximus Anno christi. MCCLXX
die. XXII. februarij. Alphonsi castellae Regis causam Sus
capit. Contra Rebellem filium. Excommunicauit Patau
nos. Homicidam clerici vno solum Grosso punientes. Eo
sedente in vesperis Siculis facta Gallorum cades. Anno
christi. MCCLXXXV. die. XXVII. Martij Obijt.

192. Effigies Honorij. IV. cum Inscriptione: HONORIVS.
IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Romae. Patre Luca
Sabello. Ab Vrbano. IV. Cardinalis. A. S. Collegio Crea

tur Pontifex. Anno christi. MCCLXXXV. die. II. Aprilis. Hæreticos Dictos Apostolicos fortiter repressit. Clericos Arabes Parisijs Instrui fecit sacris litteris. Carmelitas Jussit mutare habitum. Anno Christi. MCCLXXXVII. die Cenæ dominj obijt.

93. Effigies Nicolai. IV. cum Inscriptione: NICOLAVS IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Picæni. Humili Genere. E Generali Ministro Ordinis Franciscani. Ab Vrbano. IV. factus Cardinalis. Honorio. V. Succedit Anno christi. MCCLXXXVIII. die XXII. februarij. Philosophus et Theologus præstantissimus. Coronauit" Carolum Regem Vtriusq Siciliæ. Helenam Reginam Seruiæ in Tutelam recepit. Anno Christi. MCCXCIII. die. IV. Aprilis Obijt.

94. Effigies S. Coelestini. V. cum Inscriptione: S. COELESTINVS. V. PONT. MAX. A TERGO. Natus Marsæ" vi in Campania. Patre Angelerio Morono. Ex Eremita creatus Pont: Maximus Anno Christi. MCCXCIV. die. V. Julij. Priuata quietis studio post menses quinq; dies Tres Sponte Se hoc munere abdicat. Vir Sanctissimus ante In et post Papatum miraculis clarus. Ob metum Seditiosorum in Arce fumonis custodiri Jussus. Anno Christi. MCCXCIX. die. XIX." Maij Sanctè Obijt.

95. Effigies Bonifacij. VIII. cum Inscriptione: BONIFACIVS. VIII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Anag" nia. Patre Luctfrido ex familia Cajetana. A Martino. IV. Cardinalis. A. S. Collegio creatus Pontifex" maximus Anno Christi. MCCXCIX. die. XXIII. Decembris. Ludovicum IX. Galliæ Regem inter Sanctos" retulit. Sextum Decretalium edidit. Anno Christi.

MCCC. Iubilæum celebrauit. Instigante Philippo Gallarum rege A Sciarra Columma Captus. Ab Anagnianis liberatus. Anno christi. MCCCIII. die. V. octobris Romæ obijt.

196. Effigies Benedicti. XI. cum Inscriptione: BENEDICTVS. XI. PONT. MAX. A TERSO. Natus Tarvisi. Patre Bocasio Opilione. Ex Generali Ordinis prædicatorum Cardinalis S. Sabinæ. A S. Collegio Pontifex Maximus creatur. Anno christi. MCCCIII. die. XX. octobris. Matrem Suam Serico Vestitam Suscipere renuit, Humili Veste Indutam Sancte amplexatus. Philippum Galliæ Regem Anathemate Soluit. Cum Cassano Persarum Rege in Saracenos Moturus. Anno christi. MCCCIV. die. XV Julij Perusij Obijt.

197. Effigies Clementis. V. cum Inscriptione: CLEMENS. V. PONT. MAX. A TERSO. Gallus. Filius Beraldi. Ex Archiepiscopo Burdegallæ, Absens licet eligitur Pontifex Maximus. Anno christi. MCCCV. die. V. Junÿ. Sedem in Galliam transtulit. Concilium Generale XV. Viennæ celebrauit, in quo Hæreticos Beguinos damnauit Templarios abolevit. Clementinas promulgauit. Petrum Episcopum Basiliensem Moguntiæ Archiepiscopum constituit. Coelestinum Pontificem S. S. Albo ad Scripsit. Anno Christi. MCCCXIV. die. XX Aprilis obijt.

198. Effigies Johannis. XXII. cum Inscriptione: IOHANNES. XXII. PONT. MAX. A TERSO. Gallus Cadurcensis. Filius Arnaldi Deÿsæ Sutoris Veteramentarÿ ex Cardinali fuctus Pontifex Maximus. Anno christi. MCCCXVI. die. VII. Augusti. Alexandrione Sedem fixit. Instituit Rotam Romanam. Pulsum Campana

rum ad Salutationem Angelicam. Damnauit fraticellos Hæreticos. Thomam Herfordiensem Episcopum et Thomam Aquinatem S.S. Albo Intulit. Nonagenario major Anno christi. MCCCXXXIV. die. IV. decembris Obijt.

99. Effigies Benedicti. XII. cum Inscriptione: BENEDICTVS. XII. PONT. MAX. A TERSO. Natus Sauardumi in agro Tolosano. Patre Guilielmo Molitore. Ex Cisteraciensi professo cardinalis. A. S. Collegio eligitur Pontifex Maximus. Anno Christi. MCCCXXXIV. die. XX. decembris. Patrem suum admittere noluit nisi in molitoris habitu. Patribus franciscanis Curam commisit. S. Sepulchri. Instituit pœnitentiarios Romæ. Liberalis erga Viros doctos. Parcus erga Cognatos. Anno Christi. MCCCXLII. die. XXV. Aprilis. Obijt.

100. Effigies. Clementis. VI. cum Inscriptione: CLEMENS VI. PONT. MAX. A TERSO. Natione Gallus Lemovicensis. filius Guilielmi Monstrÿ ex Ordine S. Benedicti. Assumptus ad Cardinalatum. Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. MCCCXLII. die. IX. Maij. Primus Jubilæum revocauit ad annum Quinquagesimum. Hæresim flagellantium abolevit in Hungaria. Juonem Camotensem pauperum advocatum inter Sanctos retulit. Anno Christi. MCCCLII. die. VI. decembris Obijt.

101. Effigies Innocentij. VI. cum Inscriptione: INNOCENTIVS. VI. PONT. MAX. A TERSO. Natione Gallus Lemovicensis. Filius Alberti. A Clemente VI. cardinalis. A S. Collegio eligitur Pontifex Maximus. Anno Christi. MCCCLII. die. XIX decembris. Sub Anathematis pœna injunxit Residentiam Prælatis et curionibus. A duobus Cardinalibus Legatis Romæ coronari curauit Imperatorem Carolum IV. A quo postea Anno Christi. MCCCLVI.

Aurea Bulla condita. Auenmionem muris cinxit. Anno christi. MCCCLXII. die. XII. Septembris. Obijt.

202. Effigies Vrbani. V. cum Inscriptione: VRBANVS. V. PONT. MAX. A TERGO. Natione Gallus Lemovicensis. Filius Grimoaldi Gabali. XXVII. Pontifices ex Ordine S. Benedicti. In Legatione Absens eligitur. Anno christi MCCCLXII. die. XXVIII. Septembris. Auenmone Romam profectus. Excepit professionem fidei Ioa. Paleologi Imperatoris constanti: Ordinem Jesuatorum confirmauit Elcazarum Ariani com. Inter Sanctos retulit. Contra Monita S. Brigitta in gallias rediens. Anno christi MCCCLXX. die. XIX. decembris. Obijt.

203. Effigies Gregorij. XI. cum Inscriptione: GREGORIVS. XI. PONT. MAX. A TERGO. Patria Lemouicensis. filius Guilielmi Comitis de Belloforti. Successit Vrbano. Anno christi. MCCCLXX. die. XXX. decembris. Sedem Pontificiam post elapsos annos LXX. Auenmione Romam reduxit. Hereticos Turpilupinos et errores Wicleffi damnauit. Ordinem Eremitarum S. Hijeronimi confirmauit. Anno christi. MCCCLXXVIII. die. XXVII. Martij Obijt.

204. Effigies Vrbani. VI. cum Inscriptione: VRBANVS. VI. PONT. MAX. A TERGO. Natus Neapoli. Ex Archiepiscopo Barrensi legitime electus pontifex Anno christi. MCCCLXXVIII. die. VIII. Aprilis. Excessus cum Cardinalium parte Gallorum, Nec Auenmionem redire vellet; Hi sibi proficiunt Robertum sub Nomine Clementis VII. Schisma fouente Carolo Rege et Johanna Regina Neapolit: in quam meetorum Ream Vrbanus arma exciuit Ludovici Regis Vngariæ. Institutum festum visitationis B. V. Mariæ. Anno christi

MCCCLXXXIX. die - XV. octobris obijt.

205. Effigies Bonifacij. IX. cum Inscriptione: BONIFACIVS IX. PONT. MAX. A TERGO. Natus Neapoli. Ex Cardinale S. Georgij Pontifex Maximus electus Anno christi. MCCCLXXXIX. die. II. Aprilis. Vir Magnanimus et Pius. A morte Clementis Antipapæ frustra conciliare nititur Cardinales Gallos. Petrum de Luna ei Surrogantes sub nomine Benedicti XIII. Jubilæum celebrat Anno christi. MCCCC. Annatarum Vsum Sacerdotijs inponit. S. Brigittam Sueciam Sanctis adscripsit. Anno Christi. MCCCCIV. die. I. octobris. Obijt.

206. Effigies Innocentij. VII. cum Inscriptione. INNOCENTIVS. VII. PONT. MAX. A. TERGO. Natus Sulmone. E Cardinali S. Crucis. Pontifex Maximus eligitur. Anno christi MCCCCIV. die. XVII. octobris. Jurejurando prius adactus ad Ecclesiæ Vnitatem se papatu velle discedere, si et Petrus de Luna resigneat, Spe hac frustratus ob Nepotis sui sauitiam se Viterbium recipit. Sed à p̃populi Romani legatis in Vrbem revocatus Summo honore excipitur. vir pius et Doctus Anno christi. MCCCCVI. die. VI. octobris. obijt.

207. Effigies Gregorij. XII. cum Inscriptione: GREGORIVS. XII. PONT. MAX. A TERGO. Venetus. Ex Cardinali S. Marci, hâc lege Creatus Pontifex Maximus Anno Christi. MCCCCVI. die 11. decembris; Vt abdicante Benedicto. XIII. et ipse se Papatu abdicet, sed Benedicto Spes eludente non obligatum se credens ad resignandum, Gregorius à Concilio Pisano Vltro deponitur, Suffecto Alexandro. V. et post hunc Johanne XXII. Rebus sic magis intricatis, Vt remederetur Gregorio in concilio Constantiensi

cum Johanne sponte abdicat, obijt vt Cardinalis An
no christi. MCCCCXVII.

208. Effigies Alexandri. V. cum Inscriptione: ALEXANDER
V. PONT. MAX. A TERSO. Natus in Insula Candiæ. Ar
chiepiscopus Mediolanensis et Cardinalis. Lite mota Gregor
Tabella. XII. et Antipapæ Petro de luna ob promissam prius, dein
7. non factam resignationem, illorum loco in concilio Pisan
à Cardinalibus acclamatur Pontifex. Anno Christi. MCCCCI
die XXVI. Junij. Vir Doctus, pius, liberalis. Animo
in Ladislaum Regem Neapolitanum Ludovico Andega
uensi in spem regni euecto. Anno christi. MCCCCX. di
IV. Maij. obijt.

209. Effigies Johannis. XXIII. cum Inscriptione: IOHAN=
NES. XXIII. PONT. MAX. A TERSO. Natus Neapoli.
Cardinalis S. Eustachij. Pisis Anno Christi. MCCCCX. di
XIV. Maij. Sufficitur Alexandro V. In concilio constantien
resignaturum se Jurat, si idem faciant sui æmuli, quan
Gregorio XIII. palam et sponte abdicante, pertinaci Pet
de luna, Iterato Anathemate percusso Johannes è con
cilio sententia sibi multum probata Insignia ponit Pa
palia, ac vt cardinalis Anno christi. MCCCCXIX. die
XXII. decembris obijt.

210. Effigies Martini. V. cum Inscriptione: MARTINVS. V
PONT. MAX. A TERSO. Natus Romæ. E gente Columna
Cardinalis factus Ab Innocentio VII. Post Spontaneam
abdicationem ac Depositionem aliorum in Concilio
constantiensi Speciali ritu eligitur Pontifex. Anno
christi. MCCCCXVII. die. XI. Nouembris. Indixit con=
cilio Basiliense Ægidium Munionem mortuo Antipa
pa Petro de luna à Schismaticis Suffectum Poenitem
tem, et Abdicantem in gratiam recepit. Anno Christi.

MCCCCXXXI. die. XX. februarij. Obijt.

Effigies Eugenij. IV. cum Inscriptione: EVGENIVS. IV. PONT. MAX. A TERGO. Natus Venetijs. Patre Angelo Condulmerio. A Gregorio XII. Cardinalis. A S. Collegio Pontifex Maximus eligitur. Anno Christi. MCCCCXXXI. die III. Martij. Basilea Concilium Ferrariam, Inde Florentiã transtulit, Vbi græci et Armeni cum latinis vniti sunt. Sigismundum Imperatorem in Basilica S. Petri coronauit. S. Nicolaum Tolentinum S.S. Fastis adscripsit. Specialis Religiosorum Cultor. In Viros doctos munificus. Anno christi. MCCCCXLVII. die. XXIII. februarij obijt.

12. Effigies Nicolai. V. cum Inscriptione: NICOLAVS. V. PONT. MAX. à TERGO. Natus Sarzanæ. Patre Bartholomæo chirurgo. Ab Eugenio. IV. Cardinalis. A. S. Collegio Pontifex Maximus electus Anno christi. MCCCCXLVII. die. VI. Martij. Annum Jubilæum. MCCCCL. celebrauit. Fridericum Imperatorem et Leonoram Augustam Romæ Coronauit. Ædes. S. Stephani et S. Theodori exstruxit Anno Christi MCCCCLV. die. XXIV. Martij. Obijt.

13. Effigies Calixti. III. cum Inscriptione: CALIXTVS. III. PONT. MAX. A TERGO. Natus Valentiæ. Patre Johanne Borgia. Jurium Doctor et Alphonsi Regis Secretarius. Ab Eugenio. IV. Cardinalis. A S. Collegio Pontifex Maximus creatur Anno Christi. MCCCCLV. die. VIII. Aprilis. Turcarum Hostis Acerrimus. Christianos omnes in eos animauit. festum transfigurationis christi Instituit. Mœnia Vrbis Romæ restituit. Anno Christi. MCCCCLVIII. die. II. Augusti. Ætatis LXXX. Obijt.

14. Effigies Pij. II. cum Inscriptione: PIVS. II. PONT. Maximus. A. TERGO. Natus Senis. Patre Sijluio Piccolomineo. Friderici Imperatoris Cancellarius. Varijs obitis

legationibus optime de eodem meritus. Episcopus Tergest
nus et Cardinalis. A S. Collegio creatur Pontifex Maxim
Anno christi. MCCCCLVIII. die. XX Augusti. Cultor justi
et Religionis. Admirabilis Scriptis et Eloquijs. Pragmat
cam abrogauit in Gallia. Hostibus Romanæ Sedis resti
tit. Catharinam Senensem Inter Sanctos Retulit. Vo
dens in bellum quod Turcis indixerat Anno Christi. MCCCC
die. XIV. Augusti. Ancona Obijt.

215. Effigies Pauli. II. cum Inscriptione: PAVLVS. II.
. PONT. MAX. A TERGO. Natus Venetijs. Patre Nicola
Barbo. Matre Polixena Condolmeria. Ab Eugenio. I
Auunculo Cardinalis. A. S. Collegio Pontifex Maxim
electus Anno christi. MCCCCLXIV. die. XXXI. Augu
Humanitate et Liberalitate omnium animos sibi de
vinxit. Fridericum. III. Imperatorem Voti causa Ro
mam venientem Splendidissime excepit. Palatium
sub Capitolio exstruxit. Anno christi. MCCCCLXXI. d
XXV. Julij. Ætatis LIV. Obijt.

216. Effigies Sixti. IV. cum Inscriptione: SIXTVS. IV.
PONT. MAX. A TERGO. Natus Sauonæ è Gente Ro
uerea Vulgò Della Rouere. Pontifex Maximus ele
tus Anno christi. MCCCCLXXI. die. IX. Augusti. An
num Jubilæum XXV. quoq; anno celebrandum ord
nauit, primusq; celebrauit Anno Christi. MCCCCLXX
Templum D. Petri ad vincula et Pontem Veter: Ja
niculensem restituit. Anno Christi. MCCCCLXXXIV.
die XI. Augusti. Ætatis. LXXI. Obijt.

217. Effigies Innocentij. VIII. cum Inscriptione: INNO=
CENTIVS. VIII. PONT. MAX. A TERGO. Natus Ge
nuæ. Patre Aarone Cibo. A Sixto. IV. cardinalis.
A S. Collegio Pontifex Maximus electus. Anno christi.

MCCCCLXXXIV. die. XXIX. Augusti. Venetos à Sixto ex=
communicatos absolicit. Zizimum Bajazetis Turcarum
Imperatoris fratrem ad se confugientem humaniter ex
cepit. Anno christi. MCCCCXCII. die. XXV. Julij. Ætatis
LX. obijt.

18. Effigies Alexandri. VI. cum Inscriptione: ALEXANDER
VI. PONT. MAX. A TERGO. Natus Valentiæ è Gente
Borgia. A Calixto. III. Auunculo Cardinalis. A. S. Col
infra: ad Oram Cataloniæ Maritimam. MDCLV.

11. ACQVISITIO LANDRECY, CONDATI, ET FANI S. Gis=
leni, vulgo Landrecij, de Condé, et de S. Guislain.
Rex veterius progreditur et Hispanos devincit ar=
ripiendo ipsis per Mareschallios Turrenium et de
la ferté tres vrbes fortissimas Landrecium, Conda=
tum et fanum S. Gisleni Rege in persona conco=
mitante et Gubernante. Quod nummus exprimit,
scilicet, frondem Lauri cui junctæ sunt tres coro=
næ murales cum inscriptione: Landrecium, Conda=
tum et fanum S. Gisleni Capta. et plus infra:
MDCLV.

12. CONSTRVCTIO HOSPITALIS PAVPERVM. Non solum

Rex hostes suos devicit et ad submissionem redegit
verum etiam vagabundos, pauperes, et senes ad labo
randum et ad orandum compulit et instigavit, exsti
endo Tria Hospitalia sumptuosissima. Hoc nummus e
hibet in quo videtur: charitas cum tribus infantibus
et de longinquo Observatur Hospitale aliquot cum in
scriptione: Alendis et Educandis pauperibus. et plus
infra: Ædes exstructæ et fundatæ. MDCLVI.

ADVENTVS REGINÆ SVECIÆ. Rex pro Adventu R
43. giiæ Sueciæ omnia solemnissimè instituii curavit
Magnificentissimeq; illam excepit. Nummus enim cu
repræsentat illam Equitabo civitatem parisios in
travisse præcedentibus quatuor scabinis et portant
bus coronam cum inscriptione: Regina Sueciorum
in urbem Regiè excepta. et plus infra: MDCLVI.

ACQVISITIO VALENTIÆ AD PADVM. Dux Modenfis
44. et Dux de Mercoeur Regis jussu aggrediuntur Vale
tiam sitam ad Padum in Italia, nec absq; Emolumen
quanquam enim Hispani tentaverint adjuvare et
sidione pressos, succurrereq; copijs suis, nihilominus
consilio capto dereliquerunt suos et sic Valentia
coacta ad capitulandum. Nummus hoc declarat
francia etenim videtur plantare vexillum in ipso
propugnaculo civitatis et pedibus conculcat Hispa
niam. et plus infra legitur: MDCLVI.

ACQVISITIO CAPELLÆ. Hispani non minimam
45. fortunæ partem acquisiverunt in flandria, copij
enim novis introductis in Valentiam et gallis R
cedere coactis, se crediderunt invincibiles. verum
Mareschallus Turenus plurimis strategematibus

vsus, tandem ipsis Vestibus aggreditur Capellam, tantoq; Vi
gore agit vt Secundo die ad Capitulationem cogeret. Hoc
nummus continet, in quo Fortuna Sinistra manu cornu copiæ
et dextra gubernaculum, cui Imposita Corona Muralis est,
gestitat, cum Inscriptione: Fortuna Redux. et plus Infra:
Capella Capta. MDCLVI.

ACQVISITIO MONSMEDY, vulgò Montmedij. Rex Vltra
procedit et Ingreditur Ducatum Luxemburgensem, vbi
obsidione premit ciuitatem Montmedium; Rex ipse pro
sens copias Suas adigit et intra Spatium duorum Mensiu
Suam in potestatem redegit. Hinc nummus effigiem exhibet
Trophæum in monte erectum cui Instant arma ciuitatis
cum Inscriptione: Monsmedius Captus. MDCLVII.

7. ACQVISITIO FANI S. VENANTII ET MARDICI, SICVT
etiam Ardra obsidione liberata. Post acquisitionem
Monsmedij Rex Ordinauit Obsidionem fani S. Venan
tij, quod etiam Mareschallius Turrenius feliciter
executus est; Verum Hispani Interim Obsidione
presserunt ciuitatem Ardram, quod permouit Ma
reschallium Turrenum Succursum mittendi illis et Hos
tem abigendi; Hoc quoq; præstitit et Hostes fugati
fuerunt. Deinde Mareschallius Turrenus fortalitia
Mardici aggressus, Suam cum applausu redegit in
potestatem. Hinc nummus refert franciam dextrâ
tenentem Ensem et Sinistrâ Clypeum, Significando
æque bene defensione quam aggressione actum
fuisse cum Inscriptione: Fines defensi et Ampliati.
et plus infra: Mardico et Faro S. venantij captis,
et Ardra Obsidione liberata. MDCLVII.

8. BRÆLIVM AD DYNKERCAM. Acquisito fano S. Ve
nantij et Mardico Mareschallius Turrenus Dunkercam

aggreditur, Quam Don Juan d' Austria copijs sui
impedire quarebat, verum Stratagematibus pluri
circumventus à Mareschallis Turrenio persequit
et multis millibus perditis et Vulneratis fugatur
Sic nummus cuius demonstrat victoriam dextrâ (ad
caum et sinistrâ hastam gerentem, prostratisq; Host
bus insistentem cum Inscriptione: Victoria Pacif
et plus infra: Hispanis caesis ad Dunkercam. MDCLVI

ACQVISITIO DVNKERCÆ. Devictis ad Dunkercan
49. hostibus Hispanicis dunkerca ipsa festinauit Ab
Augustissimo Rege capitulationem Obtinendi; Gul
natore etenim Marchione De Leij de occisi fudica
bant Regis protectionem implorandam esse. Hem
Nummus cuius refert scilicet victoriam stanten
dextrâ laurum et sinistrâ Clipeum tenentem in
quo arma Vrbis Dunkercae delineata sunt cum Inse
tione: Dunkerqua Iterum capta. et plus infra
MDCLVIII.

CONVALESCENTIA REGIS. Medijs in Laboribus
50. Summis in Negotijs et pede fixo Obsidione cingen
di ciuitatem Bergen Rex febri maligna corripi
tur et Succumbit; Hic non milites Sed Media adh
bendi; Non Tormenta Bellica Sed pharmaca exhi
benda; Pro Sanitate et Salute Regia Coelestis Nu
Dicus consulendus et Invocandus. Mirum! Deus
subditorum preces exaudit et Regem Caleti vulgo
Cales, restituit. Nummus cuius hoc exprimit in il
videtur: Dea Sanitas cum ara et Serpente more
antiquorum numismatum cum Inscriptione: Salus
Imperij. et plus infra: Rege Convalescente
Caleti. MDCLVIII.

ACQVISITIO MORTARIÆ IN ITALIA. Dux Modenensis Genera-
lis Copiarum Gallicarum Tentabat attingere centrum pro-
vinciæ Milanensis, verum Hispani valde se opposuerunt.
Nihilominus profligati et diuisi fuerunt, sic vt Marchio de
Pianezze et Marchio de ville Generales Regis Sabaudiæ
Copiarum Vrbem Trii occupauerint, Deinde se Junxerint
Duci Modenensi et Mortariam Obsidione cinxerint, Imo
acquisiuerint. Ideo nummus cuius refert. Victoriam
volantem, Buccinam Inflantem et manu sinistra coronam
muralem gestitantem cum Inscriptione: Res in Italia
feliciter gestæ. et plus infra: Mortaria Capta.
MDCLVIII.

ACQVISITIO PLVRIMARVM VRBIVM. Post proelium Du-
nense et Acquisitionis Dunkercæ Mareschallus Turre-
nus maximos progressus fecit, nam intra octiduum
Vrbes, Berges, Furnes, Dixmuidam, Graueliniam,
Castellum Gauarense, Odenardum, Menin, Yperam,
Castellum comines, Granion, Ninove acquisiuit
pulsis vbiq hostibus et occisis in via Repertis. Egre-
gie hoc nummus suppeditat. Videtur enim Bellona
in curru Triumphali tres figuras subvertens, scilicet
fluuios Scaldim, Lysam et Yperam. MDCLVIII.

3. COLLOQVIVM PACIFERVM. Medio in Bello Hispanorum
et Gallorum proposita fuit Pax et ferè conclusa,
Sed Rege Galliæ postulante Infantinam pro conjuge
sua cuncta cessauerunt et Colloquium paciferum
infructuosum factum est. Interea Rege Galliarum
Principissam Sabaudiæ expetente et Hispaniâ no-
vum principem acquisitâ Rex Catholicissimus Anto-
nium de Pimentel ad Cardinalem Mazarinum
tacitè Leontium misit, consensumq Hispaniarum
Regis pro Infantina attulit, insulaq des Faisands

in medio fluuij Bidassoa sita, non solum tractatu
de Bello verum etiam de Matrimonio concludeñ
ordinata fuit. Quod in nimmo cuso observeatur
silicet, fluuius Bidassoa et Insula des. faisands
cujus medium Templum pacis decorat, more vetenm
cum Inscriptione: Pacis Ädÿtum. et plus Infra
Colloquium ad Bidassoam. MDCLIX.

54. CASTELLVM MASSILIÆ EXSTRVCTVM. Rex pro
fiendis subditis, pro conseruando commercio in
terras exteras, pro tuto Nauium Asÿlo Massilia A
cem fortissimam exstrui curauit et Hoc nummus
sinuat repraesentando Portum cum duabus A
cibus et cum Inscriptione: Massilia Arce Muni
et plus Infra: MDCLX.

55. REGIS GALLIÆ ET REGIS HISPANIÆ CONGRESSI
praeterlapsis sex mensibus post concluſam pacem
et contractum Matrimonij Duo Reges congrediun
tur et magna Solennitate in ipsa Insula des.
Faisands, quæ hodie Insula conferentiæ nuncupa
tur, celebrant Sponsalia, Vniverso populo applau
dente. Sic Terrores hostiles qui viginti quinq ann
Durauêre vno momento Cessauêre et quietem
Tranquillam duo Regna Gustauêre. Hoc nummus
concelebrat, in quo duo Reges sibi congratulan
tur et ex Longingues Montes Pÿrenæi Observan
tur cum Inscriptione: Regum Congressio. et
plus infra: Pax Ad Pÿrenæos. MDCLX.

56. MATRIMONIVM REGIS. Composita pace Pÿren
Mareschallius de Grammont Sponsam Hispanicam
expetiuit; Hinc conducebatur Fontarabiam, X

minęq Regis Ludovvco de Haro desponsata fuit et pau"
lopost ad S. Johannem De Luze Regi Sociata, quod per
nummum repræsentatur, in quo Nympha Hÿmen Sinistra
tenet duas coronas ex Mÿrtho et dextra facem qua cumu
lum armorum Incendit. cum Inscriptione: Pax et Connu
bium. et plus Infra: Maria Teresia Austriaca Regi"
nupta IX. Junij MDCLX.

7. CONNVBIVM REGIS ET REGINÆ. Ad perpetuandam me
moriam Vnionis Augustissimæ Nummus sequens cujus est"
ille repræsentat Reginam Franciæ cum hac Inscriptione:
Maria Teresia Austriaca Franciæ et Navarræ Regina.
et plus Infra: MDCLX.

8. REGINÆ ADVENTVS. omnia Solennissime præparan
tur pro Receptione Reginæ. Arcus Triumphales erigun"
tur, Parietes Tapetibus decorantur. In Suburbio S."
Antonij Thronus elevatur, Vbi Homagium per Soci
etates et collegia præstabatur. Tandem Regina Solio"
Triumphali ad Palatium vehebatur acclamante
Vndiq populo et Gaudente. Ideo nummus cujus refert
Reginam in curru Triumphali Sedentem, cujus Direc
tor Cupido est. cum Inscriptione: Felicissimus Regi"
næ in Vrbem adventus. et plus infra: MDCLX.

9. REX GVBERNACVLA REGNI SVSCIPIENS. Mortuo Car
dinale Mazarino Rex gubernationem regni Suscepit;"
Hinc facies Regni mutata, Abusus Sublati, Artes et
Scientiæ restitutæ, Abundantia Vbiq propagata qua par"
tim tempore populum bello gemiscentem restituerunt.
Nummi designatio hoc clarè probat, videtur enim Rex
sub figura Apollinis Sedens Super globum tribus Lilijs
ornatum, dextrâ tenens Gubernaculum, Sinistrâ vero
Lÿram cum Inscriptione: ordo et felicitas. et plus

Infra: Rege curas Imperij capessente. MDCLXI.

60. REX CVNCTIS ADITVM PERMITTIT. Quamprimum Rex suscepit regni Gubernacula non solum Inimicis terrorem et Timorem verum etiam Subditis Amorem Injecit, Ideo Cuncta Rex ipse aggressus, Subditis aurem præbuit familiarem et Responsa dedit ipsemet Vt Statum Regni penetraret consilijsq; suis adminis ret nullo adhibente Ministro. Nummus cuius hoc in dicat: Vbi Rex in Solio postulantium excipit memo rialia cum Inscriptione: facilis ad principem Adytus. et plus infra. MDCLXI.

61. REGIS PRÆSENTIA CONTINVA ET ASSIDVA IN CON Silijs. Inter Virtutes Regias maxima fuit assidua constantia in consilijs. Hinc Victoriæ quæ Regnum maximè ampliauerunt, Vrbes munitissimæ quæ Inimicis aditum perclusiuerunt, Sanctæ leges datæ, Ordo et Disciplina quæ in ciuitatibus floruerunt, Effectus fluerunt applicationis et Industriæ Regi tam in bello quam in pace prostitutæ, quem neq; multiplicitas negotiorum, neq; gaudia, neq; mon hanc ipsam subtrahere potuerunt. uel impedire. Clarissime nummus eo fine cusus edocet, videtur S pernubes curru triumphali Incedere et Orbem Suis radijs Illustrare, Zodiacusq; viam Regiam à qua nunquam recedit, exhibere cum Inscriptione: Galli felix. et plus infra: Assidua Regis in consilijs præse tia. MDCLXI.

62. CONSILIORVM REGIORVM SECRETA EXECVTIO cunctorum consiliorum Anima est Taciturnit et fundamentum principale Politicæ. Hoc duc

Gallia cunctos superauit populos mirabiles q effectus
cum executione edidit celeberrima. Nullo vnquam
animico, etiam circumspecto, penetrante vel adver-
tente. docet hoc nummus in quo, Harpocrates, numen
silentij, dextrâ columnæ innitens digitumq ad os diri
gens, sinistrâ vero cornu copiæ tenens cum inscriptio-
ne: Comes Consiliorum. et plus infra. MDCLXI.

INSTRVCTIO CAMERÆ IVSTICIALIS. Longa Du-
ratio Bellorum et expensæ necessariæ pro sustentan-
do illo consumpserunt Bona Regni malaq administ=
rationes Ministrorum maximum attulerunt Regno
Damnum. Hoc cernens et Corrigens Rex, Cameram
Instruit Iusticialem. Malversatores prosequitur
et Regnum restituit in Integrum debitis persolu
tis et maximo Acquisito Thesauro. Nummus hoc
refert. Cernitur Iustitia Sedens, tenensq gladium
et Libram cum Inscriptione: Repetundarum Iudi
ces constituti. et plus infra. MDCLXI.

CAROLVS DVX LOTHARINGIÆ HOMAGIVM PRÆS
tat. Benignitate Regia gaudet et fruitur Dux
Lotharingiæ cum Ducatum Suum recipit et Ducatu
Barrensi de novo investitur, quo propter contemp
tum et Neglectum facile priuari et Cameræ Regiæ
assignari potuisset. Nummus hoc sitie cuius exhi-
bet Ducem ad Regis Thronum deposito gladio et
pileo genuflectentem et feudum Barri recipien-
tem, ex cujus latere arma Barrensia apparent
cum Inscriptione: Homagium Ligium Caroli Ducis
Lotharingiæ ob Ducatum Barrensem. et plus
infra. MDCLXI.

65. NATIVITAS DELPHINI. Regnum Galliæ non solum felici gaudebat pace Gubernante Rege, verum etiam Supremum Numen Novo principe, Scilicet Delphino Beare Regnum voluit et sic Regni felicitates super modum cumulare. Nummus hoc f cuius hoc illustrat, videtur Genius alatus portan in Brachijs suis Infantem Linteo lilijs perstrat involutum, quem Suavi et Benevolo Vultu respicit cum Inscriptione: Felix Galliarum Genius. et plus infra. Natalis Delphini. 1. No vembris. MDCLXI.

66. CREATIO EQVITVM TORQVATORVM. Imminu numero Centum Equitum Torquatorum in Gall et redacto ad quadraginta solummodo per morte Tabella. 3. Rex quoq; reformationem instituit Majestatem et Magnificentiam Galliæ restituit amplificando et multiplicando numerum vsq; ad Centum sicq; vi vice et simul Sexaginta proceribus Genere et Vi tute clarissimis ordo augmentatus fuit. Hoc Obj uatur in numno, vbi Rex in Solio Suo Sedens am tuq; Regio vestitus Equitem Torquatum genuflec tentem creat, Regis latus stipat Thesaurarius Regius Torquem fundationis aureum tenens. In Scriptio nummi est: Generi et Virtuti. et plus Infra: Sexaginta proceres Torque donati. MDCLXII.

67. MONOMACHIA vel CERTAMEN SINGVLARE ABO litum. Punctum Honoris et Arrogantiæ In gallia eo devenit Insaniæ et furoris vt pro re minima et vili causa certamina Singularia In

stituerentur quæ nulla Edicta Regia publicata continere possent, vide Nobilissima et plurima pervenerunt familiæ. Gloria hæc sola Sapientiæ Regis attribuenda, quæ primo Regiminis die per Decretum ordinauit et Legem dedit defensionemq; certaminum particularium fecit sub Juramento nullam reo futuram vel Speranda remissionem et gratiam etiamsi sanguine Regio compleeteretur; et Hoc Sanctissimè servatum fuit et sic Sanguis Gallicus Nobilissimus conservatus. Nummus egregie demonstrat Justitiam, prostratis et jacentibus in terra quatuor personis, sanguine inundantibus, gladiosq; manibus ferentibus, quos torvè et vigorose, minando ipsis supplicium, respicit. cum Inscriptione: Justitia optimi principis. et plus infra: Singularium certaminum furor Coercitus. MDCLXII.

3. JUS PRÆCEDENTIÆ GALLIS AB HISPANIS CONCESsum. Cum comes de Brahé Legatus Extraordinarius Regis Sueciæ Londinum Magnificentissimè Ingressus fuisset, Legatus Hispanicus Baro de Batteville Vi et fraude præcedentiam Legato Gallico comiti D'Estrades abripuit: vide Rex vindictam sumens et Jus præcedendi per Totam Europam sibi debitum Defendens, coegit Hispanorum Regem, ut non solum revocaret dictum Legatum, sed alium, Scilicet, Marchionem de la fuentes Parisios mitteret, qui publicè et præsentibus Triginta Legatis deprecaretur Regem et declararet hoc Jus Gallicæ deberi. Hoc nummus exhibet. videtur Rex in Throno suo Stans et ante ipsum legatus Hispanus excusationem et deprecationem faciens, adstantibus innumeris legatis ac Principibus cum Inscriptione: Jus præcedendi assertum. et plus infra: Hispanorum Excusatio coram 30 Legatis Principum. MDCLXII.

69. LIBERALITAS REGIA. cum Gallia fame premere
tur quadam et Populus Gallicus summam frumenta
rum Egestatem ob Sterilitatem duorum annorum
graviter sufferret. Rex magnanimitate et Pie
tate permotus, Vicinis et exteris è Regionibus
Talem Copiam et abundantiam advehere curavit
et distribuit, vt etiam prope adjacentibus provin
cijs maximo fuerint commodo et vtilitati. Hoc
in nummo cernere licet. videtur charitas distri
buens panes desperatæ fœminæ et duobus infan
tibus cum inscriptione: fames pietate Principi
Sublevata. et plus infra: MDCLXII.

70. INSTITVTIO LVDI EQVESTRIS. Rex Semper Ma
nus et Magnificus, vt populum novis perfunde
ret gaudijs Spectaculum Ludi Equestris ordinavit
Erant quinq Quadrilla vel Societates quinq diver
sarum Nationum et Rex ipse conductor erat Na
tionis Romanæ, præstantiâq cursus cæteros præva
luit, præmiumq constitutum largissima Reginæ
ex manu obtinuit. Nummus hoc insinuat. vide
tur Rex equo insidens et lanceam manu gerens.
cum inscriptione: Ludi Equestres. et plus infra:
MDCLXII.

71. RECVPERATIO DVNKERCÆ. Postquam Dunkercæ
Hispanis abrepta Tenore Tractatus Pacis Anglis re
stituta fuit. Rex omni modo tentavit acquirere
illam, sicq ad Negotiandum Comitem D'Estrades Le
Dinum transmisit, qui feliciter rem executus et pro
pretio quinq centenorum millium Librarum obtinu
portum florentissimum et Flandriæ fortissimum.
Nummus hoc refert, scilicet, Dunkercam sub figura fœm

no Turribus coronata, genuflectentem et Regi planum
Arcis Dunkercæ præsentantem cum Inscriptione: Provi den
tia Principis. et plus infra: Dunkerca Recuperata.
MDCLXII.

GALLIA FLORESCENS. Gallia cum suis vicinis summa
in pace vivens per Regis curas innumeris repletur privi
legijs, et tam ab exteris honoratur quam in Regno tran
quille vivit. Videbat non solum Justitiam, Religio
nem et Abundantiam Stabilitam Sapientia Principis,
sed etiam firmatas arces et Scientias Munificentia et
Liberalitate Regia. Hoc nummus innuit, exhibet enim
Regem stantem sub figura Apollinis tenentem manu
Dextra Laurum et Sinistra cornu copiæ, quæ vera sunt
felicitatis et pacis Signa. cum Inscriptione: Felicitas
Temporum. et plus infra: MDCLXIII.

ACADEMIA REGIA INSCRIPTIONVM ET NVMISMATVM
instituta. Quilibet augurare potuit Regem in prin
cipio Regiminis tanta et tam magna præstantem
mineta majora cum tempore præstaturum, posteritatiq
præclara relicturum monumenta. Hinc certo Minis
tro suadente Academiam Regiam Inscriptionum
et Numismatum instituit; et sic omnes Regiæ acti
ones et Illustria acta publico et Æternitati fue
runt consecrata. nummus hoc exhibet, videtur Mer
curius sedens et annotans Heroica Regis facta
Innititurq; urnæ ex qua plurima cadunt numismata.
Ad pedes vero jacet charta cum Inscriptione: Rerum
Gestarum fides. et plus infra: Academia Regia
Inscriptionum et Numismatum instituta. MDCLXIII.

SYMBOLVM REGIVM. Antiqui Reges Symbolis suis
proprijs clarierunt et Signa sibi convenientia sege
runt, quod et Usq; in Hodiernum diem continuatum

fuit. Hinc Ludovicus XIII pro Symbolo habuit Massam Herculis cum Inscriptione: Erit hæc quoq; cognita monstris, vt significet exterminasse hæresin et sopisse rebellionem. Talenta maxima Regis Ludovici XIV non minimam contribuunt horum symbolorum Copiam, et præ cæteris elucet lata Seges luminum et Capacitas profunda artis regnandi quod in numismate exhibetur, vbi Sol mundum illuminat et Vires Tribuit, cum Inscriptione: Nec pluribus impar. et plus infra: MDCLXV.

75. ACQVISITIO MARSALII. Carolus Primus Dux Lotharingiæ non tantum valore et arte Bellica, verum etiam inconstantia valde celebris fuit, Hinc perditio eius. Pace etenim Pyrenæâ factâ Rex Totam Lotharingiam ipsi restituit et nouies Tractatus cum eo iniuit, Verum paucis effluxis mensibus antiquum induit hominem Tractatusq; de novo violauit. Rex inde commotus Marsallium aggreditur et obsidione cingit. Vnde Dux Supplex Regem metis accedit et Copijs Regijs Marsallium extradidit, Componendo Novam pacificationem et quidem Tertiam intra tres annos subscriptam. Nummus hoc præclarè dilucidat cum Dux sub figura Numinis Prothei apparet, qui secundum fabulas plures in figuras se mutare sciuerat, et qui non nisi vi coercendus fuerat. cum Inscriptione: Prothei artes deluse. et plus infra: Marsalium captum. MDCLXIII.

76. FOEDVS HELVETICVM INSTAVRATVM. Helueti cum gallis antiquo foedere iuncti sunt, vltimum foedus cum Henrico IV. et Delphino filio eius, qui postmodum Ludovicus XIII nominatus fuit, contractum erat. Idcirco Helueti primo in Regimine

Ludovici XIV. foedus hoc renovare tentauerunt, ast Tem
porum motus impedimenta dedêre. Hinc anno praesenti
Rex Ministrorum Ab Helueticis Deputatorum preces ex=
audiuit et foedus nouum Summa cum Solennitate cele
bratum fuit. Rexq pro se et filio suo Delphino Juramen
tum Cathedrali in Ecclesia Parisiensi deposuit, Regio
homore ministros Deputatos excapit. Insuper medio in
Prandio Rex ipsos accessit Ministros et in Sanitatem
Foederatorum Vitrum ebibit, plurimaq signa verae ami
citiae edidit. Nummus hoc refert, in quo videtur Rex
et Minister Deputatorum ad aram stare et simul
manum Libro Evangelij, quem Cardinalis Antonius
praesentat, imponere et jurare cum Inscriptione:
Foedus Helueticum Instauratum. et plus infra: MDCLXIII

7. PYRAMIS ERECTA ROMÆ. Cum Legatus Regius
Dux de Crequij Romae residens à corsis, qui compone
bant Prætoriam cohortem Summi Pontificis, offensus
fuisset. Rex revocauit Legatum, simulq Vindicatio=
nem huius casus expetiuit. Huic annuit Summus Pon
tifex et ad Satisfaciendum Regem non solum Corsos
exauctorauit et indignos ad Seruiendum declarauit
sed etiam expunxit, offerendo Regi plenissimam Satis
factionem. Diu Tractatus hic durauit et tandis Pisis
finitus fuit, Hac conditione apposita, vt Legatus à
latere Cardinalis Chigi Nepos Summi Pontificis excu
sationem conformem Delicto rebberet et Romae Pyj=
ramis erigeretur cum Inscriptione: Delicti à Corsis per
petrati et punitionis inde Secutae. Exhibetur hoc in
nummo, in quo Roma sedet, more antiquo, tenet Jacu
lum et imponit manum Clypeo, cui Inscriptum est Ver
bum: Roma. Ex Regione cernitur Pyramis in qua No
tata offensa et punitio Corsorum cum Inscriptione:

ob Nefandum scelus à corsis editum in Oratorem Regis francorum . et plus Infra: MDCLXIV.

78. PRÆLIVM AD SANCTVM GOTHARDVM. Turcâ Hungariam invadente, et fere omnia occupante Rex Copias suas auxiliares eo transmisit, quæ iunctæ copijs Imperialibus Turcam non solum profligaverunt multis millibus occisis, verum etiam ad pacem compulerunt. Et sic præstans Gallorum assistentia toti Germaniæ securitatem procuravit. Apparet hoc in nummo cuius qui victoriam exhibet portantem dextra coronam et sinistra laurum, Terentemq; pedibus Galerum Turcicum Arcus et sagittas cum inscriptione: Germania Servata et plus infra: Turcis ad Arrabonem cæsis. MDCLXIV.

79. LEGATVS PONTIFICIVS AD REGEM MISSVS. ob facinus à corsis perpetratum Summus Pontifex Cardinalem Chigi ad Regem Galliæ transmisit, qui publicè Excusationem Summi Pontificis faceret et contestaretur corsos poenam convenientem subituros. Nummus cæsus hoc exprimit: Rex cum cardinale assidet et Excusatio Summi Pontificis per Cardinalem deponitur. cum Inscriptione: corsicum facinus excusatum. et plus Infra: Legato à Latere misso. MDCLXIV.

80. ERFORDIA ECCLESIÆ MOGVNTINÆ RESTITVTA. Licet pax Monasteriensis Archiepiscopum Moguntinum in possessionem Realem civitatis Erfordiæ posuisset, attamen cives Accatholici obedire renuerunt et Imperatorem coegerunt, vt illos proscriberet. Sic Archiepiscopus ad Regem Galliæ Protectorem Tractatus vesphalici confugiens /: Imperatore cum Turca bellum gerente :/ iunctis copijs cum copijs Electoris Erfordium Obsidione premunt et cives ad compositionem pacificam cogunt. Nummus hoc declarat,

videtur in illo Gallia praesentans Religioni Ciuitatem Erfordiam sub figura Nymphæ genuflectentis et corona murali ornata cum Inscriptione, Gallia Vindex. et plus infra: Erfordia Ecclesiæ Moguntinæ Restituta. MDCLXIV.

RESTAVRATIO ARTIVM ET OPERVM MANVFACTORVM.

Artes et opera manufacta extranea Galliæ non minimum attulere damnum et quasi annihilauerunt Inducbriam Gallis naturalem. Infiniti Opifices redacti fuerunt miseri ob indigentiam laborum; multi regnum deserue-
liquerunt ne similem disgratiam patiantur; artes perierunt insensibiliter; populi exteri Lucrabantur inde, et ob fabricationem aureorum Argenteorumq; subtilium pannorum, Denticulorum, Peristromatum et aliorum operum, quæ in Regiones exteras transmi-
serunt immensas pecuniæ Summas Collegerunt.
Lege staq; permoto et tanto sublato abusu artes resti-
tuit et laborem subditis continuum promouit restaurando diuersa Opera manufacta, Successiuq; temporis breuissimq; mercatores extraneos attraxit et Totam Europam suis mercibus implevit maximaq; conquisiuit diuitias. Numisma hoc exponit. in illo videtur Minerua Sedens et in terra jacent materiæ pro fabricatione necessariæ, Scilicet, fusus, Tex-
torius radius, glomus lanæ, Aulæi Textum et alia, cum Inscriptione: Minerua Locupletatrix. et plus infra: Artes Instauratæ. MDCLXIV.

2. NAVIGATIO INSTAVRATA. cura summa Regis Na-
uigatio, quæ penitus neglecta fuit, restituitur. Rex
omnium Ordinum naues exstrui curauit armamenta-
ria ædificauit, portus ad mare fundauit, Nauticosq;
operarios in magno numero collegit, qua de causa
Regnum Galliæ potentissimum terra mariq; factum,

et floreſcens æque per Commercia quam per arma.
Item nummus oſtendit, in illo videtur Navis omnibus velis exſtructa cum Inſcriptione: Navigatio Inſtaurata. et plus infra: MDCLXV.

83. COLONIA MADAGASCARICA. Rege omnia bene ordinante in Regno ſuo propoſuit Colonia exſtruere in Oriente quemadmodum Jam in occidente quaſdam poſſidet. Idcirco Societates erexit maiores, privilegijs nouis et pluribus donauit, magnis opibus aſſtitit propriaſq; naues pro prima vice commodauit et Inſulam Madagaſcarica electa fuit, nec defuit executio cum omni ſatisfactione. Nummus cuius proponit hoc diſtincte, in quo videtur Arbor Ebeni et ante illam Bos cum gibbo more antiquo colonias indicans, Bos Gibbosus vero eſt propribus bouibus et vaccis illius Inſulæ cum Inſcriptione: Colonia Madagaſcarica et plus Inſra: MDCLXV.

84. IVDICIVM NOVVM CONDITVM ET NOMINATVM les grands Jours. Rege in minori ætate conſiſtente, Bellicoſisq; temporibus continuatis Nobiles, Principes et Duces Regni Subditos premere et Juga Vix portabilia imponere ſolentes, vnde faile Revolutiones et Rebelliones Timendæ eſſent; Hinc Rex Novum Judicium /: quod nominatur les grands Jours :/ condidit, Abuſusq; Regni ſuſtulit, puniendo reos et Benevolentiam præſtando Suppreſſis. Curius effectus etiam Regni Securitas extitit. Nummus hoc Egregie demonſtrat, videtur Juſtitia quæ dextra gladium fert ſinistra vero leuat miſeram perſonam auxilium implorantem cum Inſcriptione: Provinciæ ab injurijs potentiorum vindicatæ. et plus Jnfra: MDCLXV.

5. DISCIPLINA MILITARIS RESTITVTA. Non tantum Rex pace facta multos dimisit milites, verum etiam praefectos praetorianis immiscuit cohortibus et nouos instituit exercitus; frequenter etiam in armis exercuit in campis degere curauit, et aggressiones fortalitiorum docuit, vt ita milites omni tempore parati essent et optime instructi bellum gerendi. Sic nummus exhibet, praesente Rege milites in armis instruuntur. cum inscriptione: Disciplina militaris restituta. Atque infra: MDCLXV.

MORS REGINAE MATRIS. Anno millesimo sexcentesimo duodecimo Anna Regis Philippi. III. Hispaniarum filia Ludovico XIII promissa fuit, sed tribus annis effluxis sequentibus solummodo desponsata. Viginti tribus annis haeredem non habuit, tandem grauida effecta et Ludophicum Delphinum peperit. Mortuo Ludovico XIII Regiment magna direxit prudentia multasq; seditiones et tumultos in principio Regiminis sopiuit. Integra vita constabat actionibus Heroicis Regijs. Pietas eius sincera, Clementia erga populum magna, Charitas in pauperes summa, Patientia vero in morbis et rebus secundis egregia obligauerunt Ludovicum XIV cudendi numinum in funere eius. Videtur tumulus super quem erecta Pyramis et quidem coronata, cui affixa effigies Reginae extraq; parte tumuli obseruatur Nympha, haec teneat ecclesiam Vallis gratiae, altera temone et globu. cum Inscriptione: Annae Austriacae Matri Colendissimae. et plus infra: Obijt vigesimo Januarij. MDCLXVI

DONA DATA LITERATIS. ET ARTIVM LIBERALIVM candidatis. Bella longinqua non impedierunt

7.

Regem, quin artes florere fecerit in gallia; Imo plurim
nouas exstruxit Academias tam intra quam extra
Regnum atq; multis præmijs honorauit. Nummus Cæsus
hoc refert, in quo videtur liberalitas Regis sub figura
Nymphæ cum cornu abundantiæ. Quatuor pueri design-
nant artes eloquentiæ, Poeseos, Astronomiæ et Historiæ
cum Inscriptione: Bonæ artes remuneratæ, et plus Infra
MDCLXVI.

88. ACADEMIA SCIENTIARVM ERECTA. Scientiæ et artes
non minimum splendorem addunt Regno bene con-
stituto et ordinato. Hinc Rex collegit præstantissimi
viros omnium scientiarum, Geometriæ, Astronomiæ
phijsicæ, Mechanicæ et chijmiæ, Illosq; adstrinxit
singulis Septimanis in palatio Regio conveniendi
Dubia proponendi, disputandi, observatione publica
demonstrandi, ex quo multa curiosa provenerunt
et proluxerunt. Nummus hoc insinuat, cernitur Ele-
nim Minerua sedens, ex vtraq; parte Observantur
Sphæra, Sceleton et Coonax cum Stillatoria circumcl
cum Inscriptione: Naturæ investigandæ et perfi-
ciendis artibus. et plus Infra: Regia Scientiarum
Academia Instituta. MDCLXVI.

89. REX PROTECTOR BATTAVORVM. Cum Hollandi
ab Anglis maximam in Oceano clabem Tulissent
Episcopus Monasteriensis Iam provincias quasdam
penetrasset, Consilio Indicti Regis assistentiam
quæsiuerint; Rexq; Annuit precibus illorum vigore
contractus Inter eos Stabiliti et Spreto Regis Angliæ
oblato copijs suis maximum præstitit Succursum et
Episcopus Monasteriensis coactus fuit Reddere Vrbes
captas et Anglos pacem cum Battauis sequenti anno

componere. Nummus Cujus hoc refert. Videtur Pallas stans ad aram dextra hastam et sinistra clijpeum gerens, in quo arma Galliæ, illoq Bataviam tegit et protegit cum Inscriptione: Religio foederum. et plus infra: Batavis terra mariq defen" sis. MDCLXVI.

91. ANGLI DEPVLSI EX INSVLA S. CHRISTOPHORI. Angli et Galli vetra quadraginta annos Insula S. Christophori Tranquillissime et Summa in pace gaudebant, Sed bello Ex" orto cum Battavis Gubernator Anglorum in Insula gallos primus invadit et ejicere cogitat. Hinc galli" resistentes, urbes, populos, arma et totam Insulam de" pulsis Anglis recuperarunt quod in nummo Observa" tur, in illo videtur Foemina sedens Americanis vel" tibus indueta, ad cujus pedes Clijpeus armorum Anglo" rum jacet, Innititur vero clijpeo cum armis Gal" licis cum Inscriptione: Colonia francorum stabi" lita. et plus infra: Anglis ex Insula S. Christo" phori exturbatis. MDCLXVI.

92. PORTVS SETIVS CONSTRVCTVS. Rex Animum ha" bens duo Maria conjungendi necessario portum quen" dam in mari mediterraneo exstruendum judicavit" in limite Canalis. Hinc Selectus locus vel promontorium de Sete, ubi industriâ Opificum maris impetuositas et projectio arenæ fuit aversa et portus summâ in" securitatem redditus. Videtur hoc in nummo Cusо sili" cet, planum et delineatio portus cum suis requisitis" et cum Inscriptione: Portus Setius et plus infra: MDCLXVI.

93. CLEMENTIA REGIS ERGA PECVLATORES. Plurimi per Regis consilium condemnati erant ad varia supplicia propter defraudatum ærarium publicum et fraudulen" tos tractatus factos in Regis detrimentum; Attamen

Clementia Regis protecti ad Restitutionem solum modo coacti, quod in nummo cuso cernere licet. Videtur enim Justitia Sedens in Throno, Ensemq; Stringens et peculatores ante ipsam prostrati in genibus et mulctas persoluentes. cum Inscriptione: Peculatoribus mulctati. et plus Infra: MDCLXVI.

93. PORTVS RVPIFORTII EXSTRVCTVS. cum Galliæ fines et accessus in oceano valde difficiles essent in accessu, imò etiam periculosi, superesset q̃ solus portus de Brest novissimè constructus. Rex ordinauit vt alius construeretur. Ad hoc exsequendum aptissimus locus fuit inventus ad limen fluuij de la charante, vbi Arci Rupifortij Junctus fuit ciuitas, Armamentarium, fusoria domus pro Tormentis Bellicis, alij Opifices necessarij ad construenda Nauigia, et sic constructus est Portus Nobilissimus, maximeq; profícuus ad ineundas Navigationes Insularum Americæ. et Canadæ. Numismus hoc exprimit, videtur enim planum portus, ciuitatis et Armamentarij, Neptunusq; Triumphans suo curru in medio fluuij de la Charente apparet cum Inscriptione: Vrbe et Navali fundatis. et plus Infra: Rupifortium. MDCLXVI.

94. NOVVS CODEX LEGVM CONDITVS. Quamvis plurimæ leges, statuta et sanctiones in Gallia ordinatæ fuissent, nullæ tamen salubriores extiterunt his quæ novo codice comprehensæ. Reformationem enim hæc multitudo et longitudo processus fecit deleta, Vexationes abolitæ et partium facul-

tates conservatæ, quæ alias invtiliter expendebantur. Nummus hoc refert, vbi Rex In Throno sedens Bilancem tenet, cui Justitia gladium porrigit cum Inscriptione, Litium Series resciſſa. et plus infra: Novo Codice lato. MDCLXVII.

CASTRAMENTATIO. ANNI MILLESIMI SEXCENTESIMI Sexagesimi Septimi. Post mortem Philippi. IV. Regis hispaniarum plurimæ provinciæ devolutæ erant Ad Mariam Theresiam Austriacam Galliæ Reginam jure Hæreditario Secundum Statuta provinciarum Ducatus Brabantiæ, comitatus Namurcensis et Hannoniæ, Quoniam prima filia in primo Matrimonio succedit Patri, imò præfertur filijs Secundi Matrimonij. Vnde Rex hoc ab Hispanis petiuit et sollicitauit. Verum Invtiliter. Hinc Bellum denuntiatum et per Generalem D'Aumont civitates Bergen, furnes, armentiers et Courtracum aggressa fuerunt; Rex ipse vero in persona civitates Tournacum, Duacum, Oudenardum, Alost, et maximam civitatem Insulam flandriæ Suam redegit in potestatem. Hoc nummus ejus insinuat, vbi videtur Rex Eques armatus et hastatus cum Inscriptione: Jus Augustæ Conjugis Vindicatum. et plus infra: Expeditio Belgica. MDCLXVII.

6. ACQVISITIO TORNACI ET CVRTRACI. Rege frustra expectante Satisfactionem per Hispanos ratione Successionis et Devolutionis Dominiorum Brabantiæ et aliorum Statuum, coactus fuit Status Ingredi et Obsidione tenere plurimas vrbes, inter quas prima fuit Ath, Tornacum, et Curtracum. Hinc nummus exhibet Victoriam, quæ regi duas Coronas murales offert et præsentat, ex vtraq parte etiam

duo flumij, nempe, la Lijs et l'Escaud apparent. cum Inscriptione: Tornacum et Curtracum Capta et plus infra: MDCLXVII.

97. DVACVM CAPTVM. Acquisito Tornaco et Curtra Rex etiam Duacum aggreditur, et quidem Situatio ipsemet inquirit et expergiscitur. Hinc aditus maxime necessarios et præcipuos notat aperitq; Vallum Castr Postridie vel sequente die Rex ipse descendit ad Valle Ignisq; inimi eorum plongo tempore expositus fuit, Pon Copijs maximum addidit ardorem et difficultates superandi docuit, ita vt quarto die vrbs capitular Numinus hoc indicat et monstrat Regem non tantum Superarantem verum etiam Laborer Sagittarium enter et in vallo castrensi occupatum esse. cum Inscription Rex, Dux et Miles. et plus infra: Duacum Captum MDCLXVII.

98. ALDENARDA CAPTA. Prompta Expeditio et fel successus, acquisitioq; plurimarum vrbium potuisse Hispanos certificare de Vlteriori acquisitione, nihil ominus graui gradu incessêre et nullam Regi Satisfactionem obtulêre. Hinc Rex Vlterius Status Fl greditur et ciuitatem Aldenardam aggreditur bes tioq; die acquirit. Ibeo numinus Cursus refert Marte qui Hÿmeneæ coronam Muralem imponit cum In scriptione: Mars Hÿmenæi Vindex. et plus vltra Aldenarda capta. MDCLXVII.

99. INSVLA CAPTA. Rex statuit aggredi Dendermo dam et positis copijs circumvallationem continuo Verum Obsessi laxavêre aquas et Canales et In vndauerunt omnia. Hinc Rex vltro procedit

et Insulam principalem flandriæ civitatem obsidione premit, maximoq̃ vigore continuat et tandem devincit cogitq̃ ad capitulandum, Ideoq̃ confirmantur illius privilegia et commercium redditur ditissimum. Numinus hoc refert, in illo videtur urbs Insula sub figura fœminæ supplicantis alatæ Victoriæ præsentare, qui etiam recipiuntur ab illa et vice versa cornu copiæ tenet. cum Inscriptione: Rex Victor et Locupletator. et plus Infra: Insula capta. MDCLXVII.

PROFLIGATIO COMITIS DE MARSIN ET PRINCIPIS de ligne generalium Hispanorum. Hispani Succurrendo copijs suis Insulam Obsessam quærebant Sublevare; Sed frustranea fuerunt omnia, è contrario Marchio de Crequij et Marchio de Bellefond Hispanorum copias circumdederunt maximamq̃ stragem Hispanis causauerunt, laudabiliter devictis illis et captiuis redditis. Numinus hoc exponit, videtur in illo Equus Hispanicus fugiens cum alijs ex longinquo fugientibus. cum Inscriptione: fuso Hostium equitatu. et plus Infra: ad Fossam Brugensem. MDCLXVII.

CANALIS VEL FOSSA DVORVM MARIVM IVNCTORVM opus multis annis prævisum neq̃ per Henricum IV. neq̃ per Franciscum I. executum; Tandem Ludovici XIV. Regis Augustissimi labore consummatum fuit, Galliaq̃, summopere Provinciæ Guiennensi et Langedociæ, utilissimum redditum; parvo enim temporis spatio nunc exequuntur illa, quæ ante plusquam octingentis milliaribus necessarium fuit exequi. Ista communicatio vel coniunctio marium principium

sumit per conceptabulum aqua in circumferentiam
bens quatuor millia passuum, In profunditate octu
ginta pedes, Recipiens aquas ex monte Nigro. Hinc
deinde descendunt pro Nauroysam in Receptaculum
aquæ, longum ducentarum perticarum, Largum ver
centum quinquaginta, Optimo constructum et circu
datum lapide. Sic hoc in loco punctum separationis
aquarum existit, distribuendo aquas ad dextram et
sinistram in fossam sexaginta quatuor leucarum ve
milliarium longam in quam fluunt plurimi Rivul
adjectis de spatio ad spatium centum et quatuor a
geribus. Hæc fossa in plurimis locis per aquæductu
conducta est et per pontes incredibilis altitudinis
ut transitus daretur plurimis rivulis, qui flum
infra pontes. Verum magis stupendum venit qu
quandoq aqua hæc fluat in aperta Ripis fossa incis
quandoq in Arcuata et subterranea, plusquam mil
passibus longa. Una extremitate jungitur fluvio
Garonne prope Urbem Toulousam; altera extremi
se perneando bis fluvium Aude fluit inter Urba
Agde et Beziers, finitq in maximo lacu de Tau, qu
extenditur usq ad portum Setium. Ideo nummus
representat Neptunum Tridente terram percuti
entem et Exurgit maxima Ebullitio aquæ, quæ de
trorsum et sinistrorsum se distentit. cum inscriptio
Juncta Maria. et plus infra: fossa à Garumna
ad portum Setium. MDCLXVII.

102. ACADEMIA REGIA PICTVRÆ ET SCVLPTVRÆ Lu
tetiæ et Romæ Instituta. Perfectionis plenaria
artium picturæ et sculpturæ attribuitur Regiæ
protectioni et Gratificationi singulari. Etenim

Lutetiæ fundauit Academiam expictoribus et Sculptoribus excellentissimis et quidem publicam, sic vt omnes qui ingenio præstarent aliquo dictas artes absq; dispendio acquirere possent. Hinc professores fuerunt ordinati et præmia promissa illis, qui forsitan excellerent Margita, æmulatione sic nunquam cessante. Sed insuper Rex ordinauit similem Academiam Romæ, vt his qui præmia ferrent Lutetiæ, Romæ majores profectus facere possent sine expensis, distribuebatur enim ipsis non solum victus et vestitus, verum etiam expensa itineris. ideo numismus refert duos genios exercentes se in pictura et sculptura et de conjugio observatur pars Colloszei quondam Amphitheatri Splendidissimi Romæ, cum inscriptione: Schola Augusta. et plus infra: Academia Regia picturæ et sculpturæ Lutetiæ et Romæ instituta. MDCLXVII.

93. TVRRIS SYDERVM SPECVLATORIA CONSTRVCta. Postquam Academiæ Scientiarum stabilitæ fuissent Rex ad majorem splendorem et scientiæ astronomicæ perfectionem construendam ordinauit nobilissimam et magnificam habitationem, facilem et commodam ad delegenda et cognoscenda sydera, ad motum et cursum illorum distinguendum, necnon ad observandum cuncta syderum phænomena. Hinc quidã astronomi ibi habitant et huic celebri Observatorio mille debentur laudes quoniam per illud innumeræ orta sunt observationes Navigationi perquam vtiles. Repræsentat nummus ejus principaliorem habitationis partem cum inscriptione: Turris Syderum Speculatoria. et plus infra: MDCLXVII.

104. VESVNTIVM CAPTVM. Regis celerrima Expedi-
ones Hispanis Terrorem simul et pauorem Injecêre, qu
crediderunt tempore hijemali posse vires recuperare, e
Tabella. per foederatos suos pacem desideratam acquirere
t. Verum Inanis fuit illorum opinio, quia Rex Me
batus est comitatum Burgundiæ invadendi; Hinc Pr
cipi de Condé suam voluntatem declarauit et hinc
dedit commissionem Vesuntium principaliorem pr
vinciæ Vrbem medio februarij Obsidione premend
quam Rex in Persona vellet Obseruare et assiste
Sed Vesuntij Regis adventum non expectauere, im
Principi condæo Summa cum Summissione clau
Ciuitatis apportauere et præsentauere. Videtu
hoc in nummo Cuso, Scilicet, famam inflare Bu
cinam et publicare Regis Acquisitionem Magn
cum, Vesuntiumq sub figura fœminæ Turribus co
natæ præsentare claues famæ cum Inscriptione:
Terror Nominis. et plus infra. Vesuntio Capta.
MDCLXVIII.

105. DOLA EXPVGNATA. Post Vesuntium expugn
tum Rex Ducem de Roquelaure ad obsidendam
Dolam misit, quem Rex ipse Secutus, fortification
ipsemet contemplatus, Castrensemq fossam aperire
Jussit, quo aperto, non defuerunt qui quam primu
aggrederentur Loricam, Inimicos depellerent de Via
cooperta, Simulq occuparent Dimidiam Lunam; Inc
Secutum Vt Dolani Regis Majestatem deprecarentu
pro gratiosa capitulatione. Nummus clarissimè ho
ipsum exponit, Obseruatur enim Miles castrensem
fossam aperire Ventis Undiq, nec non Niue et gelidis

terra localitibus expositus, delongingues vero apparet propugnaculum delineatum. cum Inscriptione: Dola Sequanorum expugnata. et plus infra: Decimo quarto februarij. MDCLXVIII.

6. PROVINCIA SEQVANORVM SVBACTA. Europa excitabatur ad motus militares galliæ contra Hispanos, idcirco media quærebantur ad componendos illos. Pax etiam ferè ad finem deducta fuit, pro qua expedienda Rex obtulit dilationes et armorum depositionem. Verum Hispani viso tempore hijemali et incapace ad continuandum bellum respuerunt dictam dilationem, Hoc Inscitauit Regem, Vt reliquas provinciæ Sequanorum Vrbes et sic integram provinciam intra decem dies Submitteret. Nummus hunc in finem cusus refert Iquos Alatos currum Triumphalem trahentes Victoriâ ductore. cum Inscriptione. Victoriæ Celeritas. et plus infra: Sequanorum provinciâ decem diebus Subacta. MDCLXVIII.

7. PAX AQVISGRANENSIS ABSOLVTA. Pax Aquisgranensis absoluta. Expeditiones Regiæ in flandria factæ circumjacentes Regiones consternebant. Hollandi, quibus periculum proximè Imminere Videbatur primi erant qui remedium quærere Intenderunt. Angli secuti sunt Hollandos et communem Causam cum Hollandis constituerunt. Sirminus Pontifex quoq; negotiabatur. Status convenêre Aquisgrani et Rex postulabat loco provinciarum ad Reginam devolutarum, vel provinciam aliquam galliæ adjacentem, vel civitates novissime acquisitas in flandria. Idcirco Hispani Vltimum præposuêre primo, et Rex cæteris et omnibus Belli fortunis renuntians magis amabat Europæ pacem concedere. Nummus hoc exprimit, in illo videtur Rex Armatus et pax Regi frondes præsen-

tare Oliuarum cum Inscriptione: Pax Triumphis parta. Aplus Infra: Aquisgrani MDCLXVIII.

108. PROVINCIA SEQVANORVM HISPANIS REDDITA. Antequam Rex Provinciam Sequanorum invasisset declarauit se nihilominus stare verbis suis et propositam pacem Hispanis velle concedere. Acquirendas ejus civitates neutiquam hoc posse impedire. Quare cum Hispani viderent totam provinciam esse subactam ad Regis clementiam confugerunt et pacem propositam subscripserunt. Sic Vrbes omnes acquisitae in fidem Regi fuerunt cessa et Rex Integram provinciam Sequanorum Hispanis reddidit, magis sollicitus de promissione facta quam de propagando numero suorum Statuum. Nummus cujus hoc eleganter refert. Rex Hispanis reddit Clipeum in quo arma provinciae Sequanorum depicta, victoria vero volans sinistra tenet coroniam quam Regis Capiti immittit, dextra tenet Scuta civitatum ab Hispanis redditarum cum Inscriptione: Promissi constantia. Aplus Infra: Provincia Sequanorum Hispanis reddita. MDCLXVIII.

109. PYRAMIS ROMAE ELEVATA SED RVRSVS ABOLITA. Pyramis Augustissimi Regis Galliae Jussu Romae exstructa ad Satisfactionem injuriae Legato Regis illato continuo Romanis pudorem quendam Incussit, pristinique Criminis conscios vel reos accusauit. Hinc Clemens Nonus Die noctuque laborauit Vt Monumentum Totae Nationi odiosum tolleretur. Nec frustra, Teneritati enim paternae Summi Pontificis et Instituto multorum ab illo receptorum Beneficiorum Rex Annuit, deditque veras amicitiae signa Tollendo versus pyramidem Romae exstructa

quod in nummo observatur. in hoc Religio dextra tenens Cru
cem et Sinistra librum, in latere dextro constitutum est al
tare cum Thuribulo fumigante et in Sinistro Pyramis Fa
cet Inversa cum Inscriptione: Violatæ Majestatis Monu
mentum abolitum. et plus Infrà: Pietas optimi Princi
pis erga Clementem Nonum. MDCLXVIII.

PARISIENSIS VRBS NOVO LAPIDE STRATA. Regis Cura et Sollicitudo, nec non magnificentia etiam in minimis observata fuit; pavimentum etenim parisiense totali ter neglectum fuit, platearum rivuli erant nimis plani et nullam cavitatem vel profunditatem habe bant, vt aquæ dilaberentur; continuò scatebant cæno sam Rhedis quam Sanitati obnoxio. Hinc Regio Jussu totum pavimentum immutatum et ita conductum, Vt omnium Europæ civitatum non solum commodissimum et vtilissimum, verum etiam nitidissimum et Splendi= dissimum Sit. Nummus hoc exhibet. in quo cernitur fœmina Stans in pavimento planissimo, dextra tenens perpendiculum quo platea rectificatæ et planæ fue rint redditæ, Sinistra rotam qua facilitas Rhedas Trahendi Indicatur cum Inscriptione: Vrbs novo la pide Strata. et plus infra: MDCLXIX.

iii. SECVRITAS ET NITOR PARISIENSIS. Amplitudo Pa riensis et multitudo inhabitantium quodammodo difficultatem pariebant conservandi disciplinam et Regulam bonorum morum. Negligentia in purgandis plateis, furta nocturna, homicidia et plures alia ne fanda actiones prævalebant et imperabant. Hinc Re giâ Majestate et auctoritate interpositâ ordinatum fuit Vt noctu plateæ per lanternas illuminarentur Vt quisq; libere negotia sua perficere posset. Nummo

cuso hoc comprehensum est. Victur enim Vrbs Parisij
sub figura nÿmphæ in plano pauimento tenens
træ lanternam et sinistrâ marsupium, Significan
Lucernâ, noctem esse æque claram ac splendidam q
dies, et Marsupio noctem esse æque securam quam
dies. cum inscriptione: Vrbis Securitas et nitor. et ple
Infra: MDCLXIX.

iiz. SECVRITAS PVBLICA RESTITVTA. Pace Pÿrenæa
clusâ copia dimissorum militum, quibus se Social
sunt alÿ nefandas Rapinas, Homicidia et alia (vi
nia causauit in Regno et mediam in Vrbem Parisie
lem se transtulit. Hoc audito Regia Maiestas no
solum duplicauit vigilias in provinciis et vijs publ
sed in ipsa ciuitate parisiensi, Vt parvo tempore cu
ta tranquilla essent. Nummus exponit hoc monstr
do Herculem portantem clauam suam cum Inscrip
ne: Adsertor securitatis publicæ. et plus Infra: MDC

iij. REX POLONIARVM IN GALLIA RECEPTVS. Casimir
Rex Poloniæ tam ætatis, quam multorum laborum
Causa Coronam deposuit et Statibus Warsoviæ Res
nauit et in Regnum Galliæ se transtulit, in quo et
pro more Regum Magnificentissime receptus fuit.
Intentionem habebat se deo consecrandi et Religio
viuendi; Ideo Rex christianissimus plurimis ben
ficijs ipsum cumulauit, vitamq; suam in Abbatia
S. Germani de Prez terminauit. Nummus hoc
cuius Ostendit Altare Iouis Sospitis cum armis et
signijs eiusdem, scilicet, capitibus Arietum et aquil
fulmen ferentes: Supra Altare cernuntur duæ m
nus se tangentes et concordiam indicantes amici
tiamq; Regum quas corona tegit cum Inscriptione
Hospitium Regibus. et plus supra: Casimirus Polonia

Rex, abdicata Regno, in gallia exceptus. MDCLXIX.

4. PAX ECCLESIÆ RESTITVTA. cum Theologi Galliæ de Materia gratiæ valde disputarent et periculum foret, ne Ecclesia pateretur scandalum. Rex cum conjunctione Summi Pontificis cuncta silentio sopiuerunt; Annuitq Numen et cuncta tranquillissimé successerunt. Exhibetur hoc nummo, scilicet, cernitur altare, in quo Biblia aperta reposita, Biblijsq Clauis Petri et Sceptrum Regium imposita; Columba superius apparens et radians Spiritus Sancti Symbolum est hoc factum diuigens et moderans cum Inscriptione: Restituta Ecclesiæ Gallicanæ concordia. MDCLXIX.

